From the library of
SIR R. LEICESTER HARMSWORTH, BART.

From the library of
SIR R. LEICESTER HARMSWORTH, BART.

19655

ARMILLA AVREA,

id est,

MIRANDA SERIES CAVSARVM ET SALVTIS

& Damnationis iuxta verbum Dei: Eius Synopsin continet annexa Tabula.

CANTABRIGIÆ,
Ex officina IOHANNIS LEGATT. 1590.

A. 1.

19655

ILLVSTRISSIMAE Apud Cantabrigienſes Academiæ, bonarum omnium literarum & Chriſtianæ pietatis nutrici, & altero Anglicanæ Eccleſiæ ſeminario gratiam & pacem in Chriſto ſempiternam precatur

ILluſtriſſima Mater Academia, exhibeo tibi Armillã aureã. Si rem ſpectabis ipſam, Sacroſanctum Dei verbum eſt: ſi meam lucubrationẽ æſtimabis, perexilis ea quidem eſt & ſcripta craſſiuſculè. Atq; in ea concinnanda, id curaui tantùm, vt Theologorum lineamentis pigmenta quædam accederent mea.

Audax ſim fortè, quòd te, te inquam, & illuſtrem dignitate & doctiſſimorum hominum flore præcellentem, ipſe nullo numero abiectiſſimus homunculus appellem. Verùm, pro materna tua neceſſitudine huic meæ temeritati vt indulgeas, oro. Melius enim eſſe iudico, me vt verberent homines audaciæ calumnia, quam vt tu deſideres à me officium & obſeruantiæ teſtimonium: quum præſertim omnia à te in me profecta ſint, quæ vel ad vitam degendam, vel etiam ad ſalutem pertinent. Nam iſtud ipſum, quod ſum, iuxta Deum

parẽtibus acceptum fero: hoc autem, quòd vivẽs benè sum, tibi. Ab ijs, id quod erat necesse, parvulus sum procreatus: à te quibusdam literis imbutus, &, quod est caput, Christianus sum natus. Hinc libenter agnosco, observantiam meam non posse vllam tantam esse, quæ tuæ benignitati ex æquo respondeat. Quocirca excludi me non patiar, quominus aliqua testificatione & tibi & pijs omnibus ostendam, quam diligam vel potius amem te, & quanta veneratione prosequar.

Munus, concedo, Mater, tenuiculum est: idq; in votis vnum habeo, vt in eo voluntatẽ emetiri meam velis. Sin amplius fueris dignata meis incœptis gratiam affundere, ad priorem tuã beneficentiam, ingentẽ hoc facto cumulũ adijcies.

Vale Mater lectissima: Deus pater Domini nostri Iesu Christi te in æternũ conseruet: & Alumnos tuos tum literis, tum pietate floreſcentes alat atq; tueatur: vt ipsa non solum Anglicanã Ecclesiam riuis tuis mollitam & oblimatam lætifices: sed etiam invictos pugiles in prõptu semper habeas, qui percellant & delumbent Antichristum. Iterum valeto. Anno vltimæ patientiæ sanctorum. 1590. Ian. 20.

Tibi in Christo
addictissimus,
Gulielmus
Perkinsus.

19655

MIRANDA SERIES CAVSARVM OMNIVM *Salutis & Damnationis è* verbo Dei propoſita.

∴

CAP. I.

De Deo, & de Deitate.

DEVS eſt [a] *Spiritus* [b] ſimpliciſſimus, [c] Sanctiſſimus, [d] per ſe vivens, [e] omni modo infinitus.

[a] Ioh. 4.24.
[b] Iaco. 1.17.
[c] Mar.9.18. iſay.6.2. apoc.15.4.
[d] Pſal.36.11. 1.ioh. 5.20.
[e] Pſal.139. totus. ier.13.23. iſay. 57.15.

In DEo ſpectanda ſunt { *Deitas*, *Attributum*, *Perſona*.

*Eph.4.6. *DEITAS* est ipsius *Dei* essentia vel natura. * Hæc vna tantum est.

CAP. II.

De Attributis DEI.

ATTRIBVTA Dei sunt ejus Proprietates in verbo ei tributę. Hęc actu sunt eadem cum ipsa Dei essentia: vt exempli gratia, idem est Dei justitia & Deus justus. Sunt autem præcipuè decem.

PRIMVM, est Sapientia vel scientia Dei, qua Deus & [f] seipsum, & [g] alia, sive fuerint, sive non fuerint, [h] etiam infinita [i] vno actu, intelligendi [k] distinctè & perfectè cognoscit.

[f] Mat.11.27.
[g] Hebr.4.13.
[h] Psal.147.5.
[i] Hebr.4.13.
[k] Gen.1.4, 10,12.

Eius

19655

Eius partes ſunt [l] præſcientia Dei, qua Deus omnia futura certiſſimè prævidet: & [m] conſilium Dei, quo optimam rationem rerum omnium quæ fiunt rectiſſimè perſpicit.

[l] Act.2.23.

[m] Mat.10.29. iaco.4.15.

SECVNDVM, eſt Voluntas Dei, qua Deus [n] omnia vno actu & [o] liberrimè, & [p] rectiſſimè vult. Eſt ergo eius voluntas omnium actionum iuſtarum regula. Hîc excipiendum eſt peccatum, quod Deus [q] tantum ſponte permittit, & [r] non vult quatenus eſt peccatum.

[n] Prou.8.14.

[o] Rom.9.21.

[p] Rom.9.15. epheſ.1.5.

[q] Pſal.5.5. habac.1.15.

[r] Actes 14.16. pſal.81.13.

TERTIVM, eſt Omnipotentia Dei, qua [s] ad omne opus faciendum potentiſſimus eſt.

[s] Pſal.68.15. heb.3.8.

Excipienda tamen quædam ſunt.

1. [t] Quæ impotentiam arguunt, vt mentiri & negare verbum ſuum.

2. Quæ cum natura Dei pugnant, vt ſe deſtruere, & non gignere ab æterno filium. 3. Quæ contradictionem implicant. non enim poteſt Deus efficere, vt verum ſit falſum, & vt, quod eſt, quando eſt, non ſit.

[t] 2.Tim.2.13. habac.1.13. rom.9.14.

Et hinc apparet Deum Actualis peccati [u] actionem efficere, [x] ἀνομίαν non efficere: vt in radio tranſeunte per vitrum, lux à Sole eſt color non è Sole ſed è vitro.

[u] Act. 17. 28. iſay. 54. 16. prou. 21. 1. exod. 14. 4.
[x] Deut. 32. 4. zach. 8. 17. 1. ioh. 3. 6.

QVARTVM, Bonitas Dei eſt, qua in ſe [y] abſolutè bonus, [z] erga creaturas ſuas beneficus eſt.

[y] Matt. 17. 19. pſal. 117. 2.
[z] Mat. 5. 20. pſal. 119. 64. gene. 1. 31.

QVINTVM, Amor Dei eſt, quo Deus [a] & ſeipſum, & [b] creaturas ſuas omnes prout bona ſunt, gratuitò amat.

[a] Prou. 16. 4. ioh. 3. 35. & 5. 21. & 10. 17.
[b] Pſal. 8. 5.

SEXTVM, Miſericordia Dei eſt, [c] qua omnium creaturarum miſerijs opem præſtat.

[c] Pſal. 145. 15, 16. rom. 11. 6.

SEPTIMVM, Gratia Dei eſt, [d] qua creaturis favorem gratis oſtendit.

[d] Luc. 7. 13. pſal. 100. 5.

OCTAVVM, Iuſtitia Dei eſt, qua, quod [e] æquum eſt, cuique tribuit. Iuſtè facit Deus, vel omnia ritè [f] diſponendo, vt Dominus: vel [g] remunerando

[e] 1. Ioh. 1. 9.
[f] Pſal. 145. 18. rom. 9. 14.
[g] 2. Tim. 4. 8. apoc. 22, 12.

munerando vt Iudex, benè acta præmio, malè acta pœnis.

NONVM, [h] Ira Dei eſt, propoſitum quo peccatorem ob peccatum ſtatuit punire. [h] Rom.1.18. ioh.3.36.

DECIMVM, [i] Odium Dei eſt, peccatoris deteſtatio ob peccatum. [i] Pſal.5.5. &44.8.

CAP. III.

DE PERSONIS TRINITATIS.

PERSONÆ ſunt, quæ in vna deitate ſubſiſtentes incommunicabili proprietate diſtinguuntur. His omnibus convenit, [k] Ioh. 14.10. ioh. 1.1. prou.8.22,30. ioh. 5.14.

1. Coæqualitas. 2. Coæternitas. 3. περιχωρήσις, [k] qua propter vnitatem

tem Deitatis ſingulæ ſunt in ſingulis, & apud ſingulas manent: ideóque ſingulæ & poſsident & amant, & glorificant ſingulas, idemque ſingulæ operantur.

[a] 1.Ioh 5.7. matt.3.17. [b] Matt.3.17. hebr.1.5. [c] 1.Cor.8.6. rom.11.36.

Perſonæ ſunt [a] tres. Prima eſt *PATER*: [b] qui eſt Perſona ab æterno gignens FILIVM. Eius proprietas incommunicabilis eſt ἀγεννησία. [c] Incipit quamque actionem Pater à ſe, per Filium & Spiritum Sanctum agendo.

[d] Iohn 5.18.

Reliquæ [d] duæ Perſonæ deitatem ſive Divinam naturam à Patre communicatam habent, quæ ſunt Filius, & Spiritus Sanctus.

[e] Heb.1.5. ioh.3.16. [f] 1.Cor.8.6. ioh.5.18.

FILIVS [e] eſt ſecunda perſona *Trinitatis*, à Patre genita. Eius proprietas eſt γένεσις. [f] Modus agendi proprius eſt, quòd actionem adminiſtrat à Patre per Spiritum Sanctum.

[g] Iohn 15.26.

SPIRITVS Sanctus eſt tertia perſona [g] procedens à Patre & Filio

Filio. Eius incommunicabilis proprietas ἐκπορευσις. Actionem abſolvit agendo à Patre & Filio.

CAP. IIII.

DE DECRETO DEI, ET PRÆDESTINATIONE.

DECRETVM dei eſt, quo [h] Deus in ſe ab æterno [i] omnia neceſſariò, & tamen [k] libere definivit. Ideoquè [l] & res, & actiones omnes, & earum omnes circumſtantias, locum, tempus, media, finem certò conſtituit.

[h] Epheſ.1.3.
[i] Epheſ.1.11. matt.10.29. act.2.23.
[k] Rom.9.21.
[l] Rom.11.32.

Hoc *Decretum* eſt principium rerum omnium [m] ἐνεργητικον. Nam cum eo ſemper coniuncta eſt Dei Voluntas, qua poteſt velle quod decernit:

[m] Epheſ.1.11.

quia eſſet ſignum impotentiæ aliquid decernere quod non poſſet velle: & cum voluntate coniuncta eſt potentia efficax, per quam operari poteſt Deus quæcunque liberrimè decrevit: vnde tenendum, quæ præſcita & decreta ſunt, omnia, in tempore actu ita fieri, ſicut præſcita & decreta ſunt.

Decretum Dei de homine appellatur *Prædeſtinatio*, [n] qua Deus ordinavit omnes homines ad certam conditionem æternam, * ad gloriam ſuam.

[n] Epheſ. 1. 11. rom. 9. 13. 1. theſſ. 5. 9.
* Iſa. 43. 7.

CAP. V.

DE CREATIONE, ET DE STATV INNOCENTIAE.

DE PRAEDESTINationis exequendæ medium eſt *Creatio*, & *Lapſus*.

CREATIO eſt [a] qua Deus omnia valdè bona & hominem

[a] Gen. 1. 17. epheſ. 4. 24.

hominem ad imaginem ſuam ex [b] humo formavit. [b] Gen.3.19.

Homo creatus à Deo eſt poſitus in ſtatu innocentiæ: in quo hæc præcipuè ſpectanda.

I. Locus, Hortus [c] Hedenis amœniſſimus. [c] Gen.2.15.

II. [d] Puritas totius naturæ hominis; cuius partes duæ: Prima, eſt ſapientia Dei, id eſt, [e] notitia vera & pura de Deo, de voluntate Dei, quatenus ab homine præſtanda, de [f] conſilio Dei in eius creaturis omnibus. Pars altera eſt Iuſtitia, id eſt, conformitas voluntatis, affectionum & virium corporis ad eandem dei voluntatem. [d] Epheſ.4.24. [e] Coloſſ.3.10. [f] Gen.2.19.

III. Dignitas hominis; cuius partes quatuor. Prima, communio cum Deo, qua Deus lætabatur in imagine ſua, homo viciſſim Dei amore flagrabat: quod apparet [g] ex familiari Dei colloquio cum Adamo. Secunda, [h] Dominium ſupra omnes creaturas terræ. Tertia, [i] Honor & decor corporis etiam nudi, in quo nihil apparuit pudendum. Quarta, Labor corporis [g] Gen.1.29. & 3.9. [h] Pſal.8.5,6. [i] Gen.2.25. 1.cor.12.23.

Perkins, W.

poris sine * vlla molestia vel dolore.

* Gen.3.17.

IIII. [k]Subiectio erga Deum, qua astrictus homo fuit ad obedientiam Dei mandato præstandam. Mandati Dei partes sunt duæ: Prima, est concessio arboris vitæ in signum vitæ æternæ in Horto *Hedenis*, si in obedientia perstiterit: Altera, est prohibitio arboris scientiæ boni & mali cum comminatione mortis si violetur.

[k] Gen. 2.16, 17.

V. Vocatio, cultus [l] Dei in hoc mandato servando, & [m] custodia horti *Hedenis*.

[l] Isa.43.7. prou.16.14.
[m] Gen.2.15.

VI. Victus, [n] herbæ terræ & fructus omnium arborum, excepto fructu arboris scientiæ boni & mali.

[n] Gen.2.11, 29,30,31.

VII. Libertas agendi, qua poterat velle & præstare hoc mandatum, & etiam nolle ac violare. Vnde primi parentes integri fuerunt facti, sed tamen mutabiles. Sic enim Deus voluit ad suum decretum exequendum viam sternere.

CAP.

CAP. VI.

DE LAPSV ET STATV ἀπειθείας.

LAPSVS Adami fuit eius ſponta-
nea defectio ad
inobedientiam ex
eſu pomi prohibi-
ti. Iſte [a] lapſus ita [a] Gen.3.4,5,
fuit. 1. Diabo- 6,7,8.
lus paulò ante * lapſus, & diſjectus è * 2.Pet.2.4.
cęlo, primis parentibus & incertam eſ-
ſe pœnam violatæ legis de fructu pro-
hibito; & Deum erga eos non fidelẽ
denunciat. 2. Hac impoſtura men-
tes eorum excæcat. 3. Mente excæ-
cati de amore Dei infideles dubitant.
4. Dubitantes moventur vt aſpiciant
fructum prohibitum. 5. Pulchrum
videntes deſiderant. 6. Vt deſiderio
ſatisfaciant, fructum manibus decerp-
tum comedunt: vnde penitùs erga
Deum inobedientes fiunt. Et ita à ne-
mine coacti ſua ſponte labuntur: [b] Matt.10.
[c] Deo iuſtis de cauſis illos deſerente, 29,30.
prou.16.33.
eorumque

eorumque lapsum liberè permittente. Nam lapsus iste neq; fortuitò, neq; insciente Deo, neque connivente, neque nuda permissione, neque repugnante Deo contigit : [c] sed mirabili quadam ratione, non sine voluntate dei, neq; tamen approbāte deo evenit.

[c] Rom. 9. 21.

Ex hoc lapsu primorum Parentum ortus est status ἀπειθείας, [d] quo Deus concluſit totum genus humanum sub contumacia, vt in certis salvandis, misericordiam; in alijs damnandis, iustitiam ostenderet.

[d] Rom. 11. 32. Gal. 3. 22.

In hoc statu considerandum est peccatum, & pœna peccati. Peccatum est triplex.

1. Primum est [e] participatio transgressionis & reatus Adami, qua, illo peccante omnes posteri illius peccarunt; * quia tum fuerunt in ipsius lumbis: & ab eo deinceps vi naturæ propagandi. [f] Adamus enim personam gerebat totius generis humani: & quicquid vel boni à Deo, vel aliundè mali recepit, id sibi & alijs recepit.

[e] Rom. 5. 12, 13, 15, 16.

* Hebr. 7. 9.

[f] 1. Cor. 15. 22.

2. Ex hoc primo ortum est Secundum; Originale peccatum, quod est

eſt [g] inſita & innata pravitas [h] omnes & animi & corporis facultates ad malum diſponens. Hinc appellatur [i] peccatum peccans, & lex membrorum.

[g] Pſal.51.5. hebr.12.1.
[h] Gen.6.5. titus 3.3.
[i] Rom.7.13, 23.

Vt naturæ humanæ corruptio nota ſit, tria ſunt proponenda; Retentum de Imagine Dei, Receptum peccatum & idem auctum.

Retentum mentis; [a] notitiæ quædam de bono & malo, quales ſunt iſtæ: Eſſe Deum, Deum eſſe vindicem ſcelerum: eſſe vitam æternam: Maiores eſſe colendos: Proximum non lædendum, &c. Verùm hæ notitiæ generales & corruptæ ſunt, & tantùm ad excuſationem tollendam inſerviunt.

[a] Rom.1.20,21

Receptum mentis. 1. Ignorantia, [b] quæ eſt defectus cognitionis in rebus *Dei*. 2. Impotentia, [c] qua mens non poteſt per ſe percipere res ſpirituales cum docentur. 3. [d] Vanitas, qua iudicet verum eſſe falſum & contrà. 4. [e] Aptitudo ad concipiendum & cogitandum malum tantùm. Hinc apparet hæreſium omnium fundamentum in homine innatum

[b] 1,Cor.2.14. rom.8.7.
[c] Luc.24.45. 2.cor.3.5. ierem.11.19.
[d] Epheſ.4.18. 1.cor.1.18, 21,23. prou.14.12.
[e] Ierem.4.22. gen.6.5.

tum eſſe.

[f] Ioh.12.40. rom.1.28. [g] rom.11.8. [h] Ierem.15.14. [i] 2.Theſſ.2.11.

Auctum mentis; [f] Reprobus ſenſus, Deo detrahente lucem naturæ: [g] Spiritus ſoporis: [h] Spiritualis ebrietas: [i] efficacia illuſionis.

1.reg.22.22. [k] Tit.1.15. [l] Rom.2.15. [m] Mar.10.20. [n] 1.Cron.13 9. [o] Coloſſ.2.21.

Receptum conſcientiæ. [k] Impuritas, qua 1.[l] excuſat malum; vt [m] externis obſervatis internã impietatem; & etiam [n] intentiones præter verbum Dei. 2. [o] accuſat ob bonum, vt appareret in ſuperſtitioſo, qui dolet ex eo quod intermiſit audire miſſas. 3. [p] accuſat & terret ob peccatum verè, ſed non ſanctè. Hoc non fuit in *Adamo* adhuc integro.

[p] Gen.50.15. ioh.8.9. 1.ioh.3.20.

[q] Epheſ.4.18. 1.tim.4.2. [r] Prou.18.3. 1.ſam.25.37. [s] Gen.4.14. [t] Act.24.26.

Auctum conſcientiæ. 1. [q] Torpor & ſtupor talis, vix vnquam vt accuſet ob peccatũ; [r] oritur è conſuetudine peccati: 2. [s] Inſignis horror & terror conſciẽtię: Cui [t] ſymptomata, blaſphemię, tremor corporis, horrenda inſomnia.

Retentum voluntatis. Libertas eligendi in externis rebus quæ ad humanam vitam pertinent, [t] in quibus ei ratio prælucet.

[t] Rom.2.14. [u] 1.Cor.2.14. rom.5.6. 2.tim.2.26. philip.2.13.

Receptum voluntatis. [u] Impotentia qua non poteſt velle bonum, ſed malum

malum tantùm.

Receptum affectionũ. [x] ἀταξια qua non rectè moventur, quia bonum declinant, malum tantùm amplectuntur

Receptum corporis. 1. [y] Aptitudo incipiendi peccatum tranſferendo occaſiones ad animum. 2. [z] Aptitudo perficiendi peccatum vbi ab animo eſt cœptum.

[x] Gal.5.24. rom.1.26. 1.reg.22.8. & 21,4.

[y] Gen.3.6. ioh.32.1.

[z] Rom.6.13, 19.

3. Ex hoc Secundario peccato oritur actuale peccatum. Eſt vel internum vel externum. Internum mentis, voluntatis, affectionum.

Mentis actuale peccatum eſt prava cogitatio, cuius exempla quædam *D*eus καρδιογνώστης in verbo ſuo poſuit; quæ ſunt.

1. Non eſſe *D*eum, Pſal.10.4. & 14.1.
2. Non eſſe *D*ei providentiã vel præſentiã, Pſal.10.11,13
3. Se eſſe tutũ ab omnib⁹ periculis, Pſal.10.6. Apo.18.7.
4. Se prę aliis excellentiſſimũ eſſe, Apo.18.17. lu.18.9,11
5. Evangelium regni dei eſſe ſtultitiam, 1.Cor.2.14.
6. Malè

6. Malè ſentire de ijs quì deũ verè colunt, Mat.12.24. pſal.74.8.
7. Nondum adſtare mortem. Iſa.28.15.
8. Vitari poſſe pœnas inferni, ibidem.
9. *D*eum differre adventum ſuum ad iudicium, Luc. 12.45.

Regula. Cogitatio hominis eſt pro natura peccati in eo præcipuè regnantis.

Voluntatis & affectionum actuale peccatum eſt [a] quælibet prava motio, inclinatio & appetitio. [a] Gal.5.17,24.

Peccatum actuale externum eſt, ad quod perpetrandũ præter animi facultates, corporis etiam membra concurrunt. Eſtq; vel omiſſum vel commiſſum, vtrumque vel in verbis, vel in factis.

In peccato commiſſo duo ſpectanda; Gradus commiſſionis, & commiſſi differentiæ.

[b] Gradus quatuor ſunt. Primus eſt tentatio, qua ſollicitatur homo ad [b] Iacob.1.14.

peccan-

peccandum. Hoc fit, vel [c] malum ſuggerente Satana: [d] vel ex occaſione externi obiecti ſenſibus percepti. Tentationis duæ partes: Abſtractio & Ineſcatio.

[c] Ioh. 13.3. act.5.3. 1.chron.21.1. 2.tim.2.26. [d] Iob.32.1.

Abſtractio eſt prima cogitatio de malo committendo, [e] qua mens abducitur à *Deo* cui tota ſervire debuit.

[e] Luc.10.27.

Ineſcatio eſt, qua cogitatio ſemel admiſſa & aliquandiu retenta titillando voluntatem & affectiones ad peccandum excitat.

Secundus gradus eſt Conceptio, quæ eſt conſenſus quidam & reſolutio de peccato admittendo.

Tertius gradus eſt Partus, qui eſt perpetratio peccati, adhibitis facultatibus animi & corporis viribus.

Quartus gradus eſt [f] perfectio, qua peccatum ex frequenti illius iteratione iam conſummatum & maturum, peccatoris mortem gignit.

[f] Iacob.1.14.

Peccati admiſſi differentiæ quinq;.

Prima, [g] non agere ſed cum peccante conſentire: quod fit tripliciter. 1. Ratione aliquatenus peccatum approbante. Hoc modo peccavit

[g] Epheſ.5.11.

Perkins, W.

[h] Deut.1.37. num.20.10. 1.cor.5.2. [i] 1.Reg.20.35. 1.sam.3.23,24 [k] Mar.6. [l] Act.7.58.

[h] *Moses.* 2. Voluntatis affectu & consensu. Huc pertinent [i] reticentia & conniventia Ministri & Magistratus. 3. Opere, quod fit [k] dando consilium, [l] præsentia, irritatione.

[m] 1.Tim. 1.13. num.35.22,27 1.cor.4.4. [n] Psal.19. 2.

Secunda, peccare sed ex ignorantia; quod est quando quis, quod [m] facit non novit esse peccatum; vel si novit [n] non agnovit.

Tertia, sciens peccare sed ex infirmitate. In hoc genere est *Petri* lapsus, qui fuit è præcipitatione mentis & ex timore.

[o] Psal.19.13.

Quarta, sciens[o] peccare cum quadam pertinacia. Huius loci est peccatum omne quod fit [p] elata manu. 1. Cum aliquo dei contemptu; & [q] præsumptio de misericordia *Dei* in malo perpetrando.

[p] Num.15.30, 31. [q] Eccles.8.11. rom.2.4,5.

Quinta, sciens peccare, sed ex destinata malitia in *Deum*. Huc pertinet peccatum in Spiritum Sanctum.

Hucusque de peccato quo totum genus humanum polluitur. Sequitur pœna peccati; quæ est triplex.

I. In hac vita; quæ etiam multiplex est. 1. in corpore, [r] laboris in victu

[r] Gen.3.17.

victu quærendo moleſtia, [f] proclivitas ad morbos, [t] pudor ob nuditatem. [u] Pariendi difficultas in fœmina. 2. In anima, [x] pavores conſcientiæ, durities cordis, amentia, ſollicitudo. 3. In toto homine [y] horrenda ſervitus ſub dominio Satanæ: [z] alienatio à communione Dei, & ad illius præſentiam horror. 4. In bonis [a] calamitates & detrimenta varia. 5. Amiſſio dominij quod habuit in creaturas: & illarum [b] vanitas, qua virium excellentia in ijs & remiſſa eſt & corrupta. 6. Nominis ignominia.

[f] Matth.9.2.
deut.28.22.
[t] Gen.3.7.
[u] Gen.3.16.
[x] Gen.3.8,10.
deut.28.25,28
[y] Coloſſ.1.13.
[z] Ephe.4.18.
gen.3.10.
[a] Deu.28.29, &c.
[b] Rom.8.19, 20.

II. In termino huius vitæ, [c] mors.

[c] Rom.6.vlt.

III. Poſt hanc vitam [d] exitium æternum à præſentia Dei, & potente ipſius gloria.

[d] 2.Theſſ.1.9.

C. 2. CAP.

CAP. VII.

DE DECRETO ELECTIONIS, ET eius fundamento IESV CHRISTO.

PRAEDESTINATIO [a] est vel Decretum *Electionis*, vel decretum *Reprobationis*.

Electionis decretum est, [b] quo Deus ex benevolo affectu voluntatis suæ, certos homines ad salutem destinavit ad laudem gloriosæ gratiæ.

Exequutio istius decreti est, qua Deus modo apud se constituto, efficaciter operatur ea quæ decrevit ad Electorum salutem. [c] Nam Electi ad finem, id est, ad vitam æternam, sunt etiam electi ad ea subordinata media, quibus ad finem gradatim perduci, & sine quibus finem consequi non possunt.

Ergo ad eius exequutionẽ tria perti-

[a] 1. Thess. 5. 9.

[b] Eph. 1. 4, 5, 6.

[c] Rom. 8. 29, 30 ephess. 1. 4.

tinent: Fundamentum, Externa media, Gradus.

Fundamentum est CHRISTVS IESVS, [d] qui ab æterno vocatus est à Patre ad officium Mediationis præstandum, vt [e] in eo eligerentur omnes qui essent salvandi. [d] Hebr.5.5. isa.49.1. [e] Eph.1.4,5.

In Christo duo præcipuè consideranda: Incarnatio, & munus. Ad Christi incarnationem perficiendam tria serviunt: Naturæ duæ, Vnio Naturarum, earumq; Distinctio.

Natura prima est [f] Deitas quatenus est Filij, qua Christus est Deus. Oportet enim Mediatorem esse Deum; Primò, vt [i] posset ferre magnitudinem illius mali quo premebatur humanum genus. In hoc malo concurrunt hæc quatuor: Gravitas peccati quo est offensa Dei Maiestas: Ira Dei infinita in idem peccatum: Potentia mortis: Tyrannis Diaboli. [g] Secundò, vt humanæ naturæ actionibus vim merendi, & efficaciam operandi tribueret. Tertiò, [h] vt vitam & sanctitatem omnibus salvandis infunderet. [f] Phil.2.6. ioh.1.1. [g] 2.Cor.5. 19. act.20.28. [h] Isa.43.12.

Addo præterea Deitatem quate-

nus Filij, non quatenus Patris, vel Spiritus Sancti esse divinam naturam.

[i] 1.Cor.6.8. Quia [i] Filii est exequi & administrare quamlibet actionem externam à Patre per Spiritum: & ipse cùm sit

[k] Ioh 1.12. naturâ filius Dei Patris [k] privilegium hoc credentibus concedit, vt adoptentur in filios Dei,

Altera natura est Humanitas Chri-

[l] 1.Tim.2.5. sti, [l] qua Mediator est verus homo. Hominem esse oportuit: primò, vt in ea natura placaretur Deus in qua fuit offensus. Secundò, vt posset subire pœnam peccato debitam. Deitas enim est impatibilis.

Præterea Christus homo est similis

[m] Hebr.2.17. nobis [m] per omnia excepto peccato. Habet enim essentiam veri animi & veri corporis, essentię facultates & in-

[n] Matth.4.1. firmitates, Cuiusmodi sunt: [n] Tentari,
[o] Hebr.5.7. [o] timere, [p] irasci, [q] non meminisse im-
[p] Mar.3.5.
[q] Matt.26.39. positum munus ob Agoniam concutientem sensus.

11. Sequitur Vnio naturarum, quæ etiam ad Mediationẽ maximè, cõducit: per hanc enim stat, quòd humana Christi natura mortem crucis patiendo

endo, ab eadem non eſt victa & in æternum exhauſta. In Vnione tria ſunt: 1. [r] Conceptio Chriſti in vtero Virginis per Spiritum Sanctum, occulta & miranda. 2. Sanctificatio ſeminis per eundem Spiritum, vt Chriſti humanitas verè iuſta eſſet: ipſeq; poſſet pro alijs mori. 3. Aſſumptio, qua verbum, [f] id eſt, ſecunda perſona Trinitatis ſibi conjungit carnem & ſemen Abrahæ, id eſt, humanã naturam vt in ea perſona ſubſiſtentiam habeat in æternum.

[r] Luc.1.35.

[f] Ioh.1.14. hebr.2.16.

Phraſis eſt in Scripturis, huic vnioni analoga, nimirum *κοινωνία ἰδιωμάτων*: in qua proprium vnius naturæ prædicatur de altero in concreto; vt eſt in his exemplis: [t] *Deus fudit ſanguinem*, [u] *Dominus gloriæ crucifixus*, [x] *Filius hominis in cœlo*, quando percontabatur Nicodemum. [y] *Mediator homo Ieſus Chriſtus.*

[t] Act.20.28.

[u] 1.Cor.2.8.

[x] Ioh.3.14.

[y] 1.Tim.2.6.

Ex iſta vnione eſt, quòd Chriſtus quatenus homo [z] exaltatur ſuper omne nomen, [a] adoratur, & [b] dona quoq; licet non infinita, tamẽ ampliora iam habet quã omnes ſancti & omnes angeli.

[z] Eph.1.21.

[a] Matt.4.10. hebr.1.6. coloſſ.2.3.

[b] Philip.2.9.

geli.

III. Distinctio naturarum est,
[c] Ioh.10.16,17 & 13.31. [c] qua & illæ,& ipsarum proprietates & operationes sine vlla concretione, mistione, conversione distinctæ manent.

Hactenus de Incarnatione: Sequitur Christi munus, [d] Sacerdotale, Propheticum, regium.
[d] Psal.110.1, 2,4. isa.42.1.

Sacerdotium est, [e] quo Christus apud Deum ea peregit, quibus perfectè obtineatur Salus. Ea verò sunt, Satisfactio illius, & Intercessio. Satisfactio est vel Passio vel Impletio legis.
[e] Hebr.5.1. & 7.24,25.

Passio est [f] qua satisfecit iræ Dei ob peccata credentium. Hæc ita fuit.
[f] Rom.3.25. isa.53.4,11.

[g] Paulò ante mortem Christi, ex impendentis iræ Divinæ sensu, partim metus, partim gravissimus dolor eum vndique occupans, spiritum eius sic turbavit, vt intrinsecus & mirum stuporem, & oblivionem imposiri muneris ad tempus incuteret: & extrinsecùs [i] precationem ad patrem de transferendo horrore (si voluerit) cum valido clamore & lachrymis, & [k] sudore quasi grumis sanguinis in terram diffluentibus, exprimeret: verum statim
[g] Mar.4.34. mat.26.38.
[h] Ioh.12.27. mat.26.37,42.
[i] Mar.14.35. ioh.12.29. heb.5.7.
[k] Luc.22.44.

sui

ſui recordatus [l] ſponte ſe exhibuit Patri ſuo ad peccati omnem pœnam in cruce luendam. Vbi hæc fiunt [m] prodente Iuda capitur Chriſtus, [n] adducitur ad Annam, deinde ad Caipham & Petro eum abnegante à Caipha ad [o] Pilatum vinctus ducitur. Pilatus [p] ad Herodem mittit: [q] quo illum remittente [r] Pilatus & innocentem teſtatur, & noxium damnat. Tum [s] flagellatur Chriſtus, ſpinis coronatur, illuditur, conſpuitur, cruci adiudicatur, [t] crucifigitur. Vbi hæc fiunt, [u] execravit eum Deus Pater, id eſt, horribilem iram eius, peccatis omnium parem in eum inculpatum effudit. Maledictioni iam ſubiectus, præ ſenſu horroris immenſi ad Patrem [x] queſtus eſt ſe derelinqui, & tamen cum Satana & eius angelis [y] colluctatus, eos ſubegit. His peractis [z] effuſo ſanguine ob cor tranſfixum lancea [a] mortuus eſt: & [b] animus traditus ab eo in manus Patris tranſlatus eſt in Paradiſum: [c] corpus autem oſſibus illæſis, ſepultum fuit, & [d] ſub dominio mortis ignominioſo tres dies noctesq; retentum.

[l] Heb.9.5,14. 1.cor.5.7. iſa.53.10,11.
[m] Mat.26.47.
[n] Ioh.18.13,24
[o] Ioh.18.29.
[p] Luc.23.7,8.
[q] Luc.23.15.
[r] Matt.27.24, 26.
[s] Mat.27.24, 26.
[t] Ioh.19.18.
[u] Gal.3.13.
[x] Mat.27.35, 46.
[y] Coloſſ.2.15.
[z] Ioh.19.34.
[a] Heb.9.15,16
[b] Luc.23.43, 46.
[c] Ioh.19.33.42
[d] Act.1.13.

In

In hac descriptione quinque inprimis notanda.

[c] Luc.22.44. hebr.5.7. *I.* [c] Agonia Christi quæ fuit vehemens angor ex conflictu duplicis desiderii. Primum eorum erat de obedientia Patri præstanda: alterum de horrore mortis fugiendo.

[f] Hebr.9.26. *II.* Sacrificium, [f] quod est actio Christi se offerentis Deo Patri, ad persolvendum pœnas peccatis hominum debitas. In hoc sacrificio, [g] victima fuit Christus homo, [h] Altare Christus Deus, [i] Sacerdos Christus & Deus & homo.

[g] Hebr. 10.10. [h] Hebr.13.10. & 9.14. [i] Heb.5.5,6.

[k] Ephe.5.2. *III.* Acceptatio [k] Patris, acquiescentis in eo sacrificio. nisi enim approbaret Pater inane foret.

[l] Isa.53.11. 2.cor.3.21. *IIII.* Imputatio peccati, [l] qua Christus æstimatus est à Patre velut transgressor, peccatis omniũ in eum translatis.

[m] Gal.3.10. *V.* Execratio, [m] qua iuxta legem maledictus est. Estque vel interna vel externa. [n] Interna, Sensus horrendæ iræ Dei in cruce. Externa tres habet partes. 1. Est Mors in eadem cruce cum [o] effusione sanguinis etiam è corde.

[n] Isa.53.5. revel.19.15.

[o] Ioh.19,34.

de. Apparet enim tranſfixum fuiſſe pericardium, quia fluebat aqua cum ſanguine. 2. Sepultura mortui. 3. Deſcenſus ad inferos, [p] id eſt, dominium mortis tres dies in eum iam ſepultum. [p] Act.2.24.

Atque ita eſt miranda Paſſio: Sciendum deinceps, eam eſſe [q] pretium ſufficiens pro peccatis omnium. quod enim [r] Deus & vnicus Dei Filius ad breve tempus maledictionem legis pertulit, plus eſt quàm ſi omnes homines in æternum eſſent paſſi. [q] 1.Tim.2.6. [r] Act.20.28. 2.cor.5.19.

Et maximè notandum, tum demum ritè ſciri paſſionem Chriſti, vbi [s] cor tuum deſinit peccare, [t] dolorque amarus te compungit ob peccata tua, quibus innocentem Dei Filium tranſfixiſti. [s] 1.Ioh.3.6. [t] Zach.12.10.

Impletio Legis eſt, qua ſatisfecit iuſtitiæ Dei [u] totum ius Legis præſtando. Hoc fecit, [x] partim ſanctitate humanæ naturæ, [y] partim obedientia in operibus iuxta Legem. [u] Rom.8.4. [x] Ioh.17.19. [y] Matth.3.15.

Sacerdotii pars altera eſt [z] Interceſſio, quæ eſt continua [a] apparitio Chriſti in cœlo cum meritis ſuis coram [z] Hebr.7.25. [a] Hebr.9.24.

ram Patre; vt ostendat se cupere acceptari ab eo satisfactionem suam pro [b] quotidianis lapsibus fidelium, & [c] pro imperfecta illorum obedientia.

[b] 1.Ioh.2.1,2.
[c] 1.Pet.2.5.

Non est ergo existimandum devolui Christum ante Patrem flexis genibus; neque est necesse, cùm hæc apparitio vim habeat vivæ orationis.

Hucusque de Sacerdotio: Sequitur Propheticum munus, quo Christus [d] revelat verbum Dei, & in verbo etiam ea, quib⁹ obtinetur salus. Hinc appellatur [e] Doctor Ecclesiæ: & [f] gerit clavem Davidis, qua [g] aperitur ingenium vt intelligat Scripturas.

[d] Ioh.1.18. deut.18.18.
[e] Matt.23.10.
[f] Apoc.3.7.
[g] Luc.24.45.

Regium munus est, quo applicat & tribuit fidelibus ea quibus obtineatur salus. Hujus muneris actiones quatuor sunt.

1. Resurrectio, [h] qua Christus divina potentia subegit mortem, & seipsum ad vitam æternam suscitavit.

[h] 2.Cor.13.4. matt.28.6.

Signum est, Satisfactionem Christi perfectam fuisse: nam vnum peccatum Mediatorem in morte detinuisset, etiam cæteris expiatis omnibus. Vsus ergo huius actionis est, [i] absol-

[i] Rom.4.vlt. 1.cor.15.17.

vere

vere paſſionem, & applicare: Initium quòq; [k] eſt gloriæ: in qua Chriſti corpus, [l] ſolidum, circumſcriptum, viſibile, & palpabile manet.

2. Aſcenſio in cœlum eſt, [m] qua Chriſtus eadem potentia evexit ſe in cœlum, vt [n] pararet locum fidelibus, [o] Spiritum Sanctum daret, & ibi æterna gloria frueretur.

3 Seſſio ad dextram Patris, in [p] cœli altiſſimis, per Metaphoram eſt [q] Imperium donatum ei à Patre in res omnes quæ ſunt in cœlo & terra. Hîc Chriſti Regis [r] duplex eſt actio: prima, Gubernatio regni cœlorum, cuius pars in cœlo eſt, pars in terra, nimirum [s] Eccleſia fidelium. In qua exercet duo Regalia; [t] condit Leges, [u] & conſtituit ſibi adminiſtros Eccleſiæ ſuæ. Secunda eſt abolitio regni tenebrarum, in quo [x] caput eſt Satanas, reliqua membra ſunt angeli eius, & infideles; vt [y] Athei qui corde Deum negant: Magi, [z] qui vel apertum vel occultum fœdus cum Diabolo ineunt: Idololatræ, [a] qui vel falſos deos, vel verum Deum in idolo colunt: Hęretici

[k] Act.2.34.
[l] Luc.24.34.
[m] Eph.4.10,11
[n] Ioh.14.2.
[o] Ioh.16.17.
[p] Heb.1.3.
[q] Pſal.110.1. 1.cor.15.25.
[r] Coloſſ.1.13.
[s] Matt.13.52. & 11.12.
[t] Iaco.4.12.
[u] Eph.4.12,13 2.cor.12.28.
[x] 2.Cor.6.5.
[y] Ephe.2.12. pſal.14.1.
[z] 2.Sam.28.6. pſal.58.6.
[a] 1.Cor.10.20. &7. exod.32.5.

[b] 2.Tim.2.18. retici [b] qui in fundamento religionis
[c] Hebr.6.6. errant cum pertinacia: Apoſtatæ, [c] qui à fide deficiunt: Poſtremo, Antichri-
[d] 2.Theſſ.2.4,5 ſtus, [d] qui eſt Papa Romanus.
apoc.13.11,12

4. Vltimum Iudicium ad finem mundi à Chriſto adminiſtrandum;
[e] 1.Cor.15.25. quo finito, Chriſtus [e] deſinet ſedere ad dextram Patris vt Mediator: interim vt Deus cum Patre & Spiritu Sancto regnabit in æternum.

CAP. VIII.

DE EXTERNIS MEdiis exequendi decretum Electionis: & de Decalogo.

MEDIA Externa, quibus Spiritus Sanctus vtitur in electione exequẽda, ſunt Prædicatio verbi, & adminiſtratio Sacramentorum. Prædicatio verbi eſt [a] publica & ſolennis verbi promulgatio per eius

[a] Rom.10.14. iob.33.23.

eius miniſtros. Verbum eſt vel lex vel Evangelium.

Lex eſt pars verbi [b] perfectam in hominibus & naturæ & actionum iuſtitiam præcipiens, contrariumq; prohibens. Legis cuiuſq; partes ſunt, Edictum quod præcipit obedientiam, & conditio, quæ ad obedientiam obligat: eſtque vita æterna ſi lex impletur, ſin minus, maledictio eſt.

[b] 1.Tim.1.5. rom.10.5. luc.11.44. rom.7.14.

Legis totius [c] Epitome eſt Decalogus: cuius vera interpretatio his regulis continetur. 1. In negativo affirmativum intelligendum, & contra. 2. [d] Sub vitio nominatim prohibito, omnia vitia eiuſdem generis, omnes illorum cauſæ, occaſiones, incitamenta prohibentur. 3. Peccata [e] quęvis nomen gerunt eius peccati, quod nominatim prohibetur in eo mandato ad quod ea pertinent.

[c] Exod.34.28. matt.22.40.

[d] Matth.5.21, 47.

[e] 1.Ioh.3.15. matt.5.28.

Decalogus eſt deſcriptus duabus tabulis: prima eſt, quæ pietatem in Deum præcipit. Hæc autem & cogitatione, & memoria, & affectionibus, & totis viribus præſtanda eſt. In prima tabula quatuor ſunt mandata.

Primum

PRIMUM

Mandatum de habendo & eligendo Deo.

Ego Jehova Deus tuus, qui eduxi te è terra Ægipti, è domo Servorum: ne eſto tibi vllus alienorum deorum ante faciem meam.

Explicatio.

[*Ego*] Si quis exiſtimat hæc verba eſſe præfacionem Decalogi non impedio: interim veriſimile eſt, hîc prępoſitis rationibus ſanciri mandatum primum & ſtabiliri: præſertim cum id fecerit Deus in tribus proximis iiſque minoribus mandatis.

[*Iehova*] 1. A ſe ab æterno ſubſiſtens, & rebus omnibus dans eſſe quando

quando non erant, eas creando & gubernando. Hic primi mandati ratio, ab attributo nominis. Qui est Iehova, is tantum pro Deo habendus.

Ego sum Iehova.

Ergo tantum Ego pro Deo sum habendus.

Propositio deest: assumptio est in his verbis, conclusio est ipsum mandatum.

[*Deus tuus.*] Hæc sunt verba gratuiti fœderis, Ierem. 31. 33. quo Deus stipulatur cum populo suo, de remissione peccatorum, & vita æterna. In his altera est ratio mandati à relatis paribus.

Si ego sum Deus tuus, tu vicissim meus populus esse debes, me assumendo in Deum tuum.

Verum primum: ergo & secundum.

[*Eduxi.*] Illustratur assumptio secundæ rationis ab effecto Dei, liberantis populum ex AEgypto, tanquam è servitute domini. Hæc liberatio typus est liberationis multò melioris è potestate tenebrarum, 1. Cor.

10.1,2,3.cum Coloss.1.13.

[*Alienorum.*] Qui naturâ non sunt Dij: sed ita æstimantur à pravis hominibus, vt venter. Philip.3.19. Diabolus, 1.Cor.4.4. Sancti, angeli, &c.

[*Ante faciem.*] Metaphoricè, in cõspectu & præsentia mea, cui occulta cordis sunt conspicua. Hîc tertia est ratio. Si me coram rejicis, nefandum erit facinus: ergo ne facito. Similis ratio, Gen.17.1. Levit. 10.4.

Pars affirmativa.

[*Iehovam, deum habeto.*] Officia quæ hîc iubentur, hæc sunt.

1. Cognoscere deum qualem se in verbo & creaturis revelavit, Ioh.17.2.
2. Corde Deo adhærescere, Iosu.23.8. Act.11.23. Hoc fit tribus modis.

1. Timendo Deum super omnia, Deut.6.13. Timoris signa duo. Primum, Subjicere se deo in aduersis. Secundum, Pro summo, malo ducere offensionem Dei.

Psal.

Pſal.4.4.

2. Amando Deum ſuper omnia, Deutr.6.5. Signa amoris ſunt, deſiderare dei præſentiam,pſal. 84.1. Lætari in *D*eo, & cogitare de eo ſæpiſsimè.

3. Ponendo fiduciam in Deo ſolo,Pſal.37.5.

Pars negativa.

[*Quod non eſt naturâ Deus, ne deum habeto.*] Hic vitia prohibentur.

1. Ignorantia Dei, Ierem.4.22. & 9.3.

2. Atheiſmus, quo corde negatur Deus,Epheſ.2.12.Pſal.14.1.

3. Error de natura,attributis,perſonis Dei.

4. Removere cor à Deo ad aliud, Iſa.29.12.Ierem.12.2. Hoc fit,

1. Amando aliquid plus quàm Deum: vt ſeipſum, peccatum, gloriam, divitias.

2. Timendo aliquid plus quàm Deum.

3. Fiduciam collocando in creatura,

tura, vt in Angelis, Sanctis, viribus propriis, Ierem. 17.5. divitiis, Ierem. 3.5.

Hinc apparet, qua ratione avaro divitiæ ſunt Deus, Epheſ. 5.5. & venter, Philip. 3.14. & mundo Diabolus; præcipuè verò Magis & maleficis, ob fœdus ictum cum eo, vel apertè, vel ſaltem occultè, quando fidem præſtant eius operibus in divinando, faſcinando, incantando, Pſal. 58.5,6. 2. Sam. 28.6.

Hactenus fuit primum mandatum de habendo & eligendo Deo: reliqua tria ſunt de ſancta profeſſione, quæ fit erga eundem Deum. Nam primum oportet *D*eum eligere, tum electum profiteri, partim colendo, eum partim glorificando.

¶ SECVNDVM MANdatum de modo colendi *Deum.*

II. Ne facito tibi ſculptile, aut vllam imaginem

imaginem eorum quæ ſunt in cœlis ſuprà, aut quæ in terris, aut in aquis infra terram. Ne incurvato ijs, neque colito ea. Nam ego Jehova deus tuus, Deus fortis, zelotypus ſum, viſitans iniquitatem patrum in filios, in nepotes & abnepotes in eos qui odio proſequũtur me: exercens verò benignitatem in milleſimos à patribus, qui dili-

gunt me, & obſervant mandata mea.

Explicatio.

[*Ne facito.*] Prima pars mandati, quæ prohibet facere idolum, hoc eſt, imaginem non ſolum ficti dei, (quod Papiſtæ confitentur) ſed etiam Iehovæ. Ratio prima. Moſes ita hoc mandatum interpretatur, Deu. 4. ver. 15. 16 *Quamobrem cavetote vobis ipſis valde (nam non animadvertiſtis vllam ſimilitudinem quo die alloquutus eſt Iehova vos in Horebo è medio illius ignis) vt non corrumpatis quicquam, & faciatis vobis ſculptile, ſimilitudinem vllius ſimulachri, formam maris aut fœminæ.* Ratio ſecunda. Quæ fuit Iſraelitarum idololatria, eadem hoc mandato prohibetur: at Iſraelitarum idololatria fuit cultus veri Dei in idolo. In idolo Bahal colebant verum Deum, Hoſ. 2. 16. *Ac non voces me amplius Bahhal.* Idem quoque fecerunt in aureo vitulo. nam eo formato, *proclamavit Aharon dicendo,*

endo, feſtum Iehouæ cras eſto, Exod. 32.5. Hoc etiam conſpicuum apud Iſaiam, Cap.40.ver.28.25.

[*Sculptile.*] Synecdoche, pro omnibus fictis mediis cultus Dei. Illuſtratur hæc mandati pars duplici diſtributione. Prima eſt è cauſis; non facies idolum vel ſculptum è ligno & lapide, vel pictum. Altera eſt è ſubiectis; non facies idolum, vel rerum in cœlo, vt aſtrorum, avium; vel rerum in terra, vt viri, fœminæ, beſtiæ: vel rerum ſub terra, vt piſcium. Sic enim Moſes exponit, Deut.4.14. ad 20.

[*Ne incurvato.*] Secunda pars mandati, qua prohibemur incurvare coram idolo iam facto. Et in verbo (incurvare) eſt Synechdoc. Ponitur enim pro quovis fictitio veri dei cultu.

[*Nam ego.*] Hîc incipit Sanctio mandati, in qua ſuadetur eius obſervatio rationibus quatuor.

[*Iehova*] Repetitio rationum primi mandati.

[*Fortis*] Prima ratio huius mandati, Deus fortis eſt in vindicanda idololatria, Hebr.10.31.

Perkins, W.

[*Zelotypus*] Metaphora à coniugio, Deus enim vocatur maritus Ecclesiæ suæ, Isa. 54.5. Ephes. 5.26,27. & Spiritualis cultus est animorum Deo deditorum quoddam velut coniugium, Jerem. 2.2. Et idola sunt Dei corrivales. Hic quoque secunda est ratio, Deum solum colendum à populo suo, quòd eum sibi vt sponsam adiunxit, quæ vni viro tantùm adhæret: & si addixerit se idolis, Deum statim daturum libellos divortii populo suo.

[*Visitans.*] Id est, relictos filios in peccatis parentum inquirens vt puniat, Jere. 31.18. Tertia ratio est ab effectis iræ Dei.

[*Odio*] Occupatio occulta; at idolis nos vtimur vt excitetur & recordatio & amor tui. Subiectio est in his verbis per negationem, à contrariis.

[*Exercens.*] Quarta ratio ab effectis misericordiæ, in eos qui observant hoc mandatum. Notandum, primò Deum propensiorem ad misericordiam, quàm ad iram, Psal. 103. 8,9,17. Secundò, hanc illustrem promissionẽ non esse intelligendam de singulis filiis

liis pij parentis: nam pius Abraham habuit Esau reprobum filium, & Saul impius pium Ionathanem.

Pars negativa.

Ne colito vel falsos deos, vel Deum verum ficto cultu. Sub hac parte prohibentur,

1. Representare Deum verum per imaginem, quæ est merum mendacium, Habac. 2. 18. quia non est similis Deo, Zach. 10. 2. Ierem. 10.8.

2. Crucifixum Christi in Ecclesia Romana; sicut ænea serpens apud Israelitas, 2. Reg. 18.4. cum Num. 21. 8. Exod. 30. 8. in quo etiam seperatio fit naturæ humanæ Christi à Divina, iuxta hæresin Nestorii.

3. Missæ sacrificio, & cuivis idololatriæ pręsens adesse, 1. Cor. 8. 9, 10. & 6. 20.

4. Monimenta idololatriæ retinere, Deutr. 12, 3, 30. *Isa.* 30. 22. Exod. 23. 13.

5. Adoratio religiosa alicuius creaturæ,

aturæ, cùm plus ei quam par est, honoris tribuitur, Reue. 22.8,9. Act. 10.26.

6. Societates cum infidelibus; vt, coniugia cum iis, 2. Reg. 8.18. Bellum susceptum pro iis, 2. Chron. 19.1. & 1. Reg. 22. pro Antichristo, Apoc. 18.19. Adoratio bestiæ & imaginis illius, id est, Ecclesiæ Romanæ & hæreticæ & Apostaticæ, Apoc. 14.9,10. Litium exploratio sub infidelibus, 1. Cor. 6.6. Hîc prohibentur Thurarij, bestiarij, Celarij, Candelarij, qui thus, bestias, ceram vendunt, & ad cultum idolorum conferunt.

7. Intentiones sine verbo Dei, 1. Sam. 13.13. voluntarius cultus, Coloss. 2.23.

8. Hypocrisis, qua Deus fictè, id est, ad speciem non corde colitur, Isa. 29.13. & 58.5.

9. Contemptus, neglectus, intermissio cultus Dei, Revel. 3.16. Ierem. 48.10.

10. Mutare vel media, vel modum colendi Deum, addendo aliquid iis, vel detrahendo, sine verbo Dei, Deutr. 12.32. vt gestare panem in Sacramento,

ramento, & dare ſub vna ſpecie,&c. Hinc apparet traditiones Papiſtarum repudiundas eſſe,Matt.15.9.

11. Cultores *D*iaboli: 1. Magi, primò divinantes; vt Augures ex volatu avium,Deutr.18.11. Aruſpices è viſceribus animalium,Ezech.21.21. Poſsidentes pythonem, 2.Sam.28.6. Necromantæ, Deutr.18.11. Secundò, Diabolicè operantes: vt Incantatores, Eccles.10.11. Preſtigiatores, Exod.7.11. 2. Conſulentes magos, Leuit.20.6. Iſa.8.17. 1.Chron. 10.13.

Pars affirmativa.

[*Deum coles in ſpiritu & veritate,*] Ioh.4.24.

Huc pertinent ea quæ reſpiciunt ſolennem Dei cultum, vel publicum, vel privatum, vt;

1. Adminiſtrare cultum Dei in conventu Eccleſiæ,iuxta normam verbi,1.Cor.11.23.Mat.28.20.

2. Preca-

2. Precari Deũ.
3. Gratias agere.
4. Audire verbum.
5. Sacramenta recipere.

1. Externè, cum decoro, & sine offensione, 1. Cor. 14. 40
2. Internè, animo humili & de peccatis resipiscẽte, Psal. 26. 6.

6. Societates & connubia cum ijs tantum inire, qui Iehovam verè iuxta verbum eius colunt, 2. Chron. 19. 2. Mal. 2. 11.

MANDATUM TERtium de glorificando Deo.

III. Ne assumito nomen Jehovæ Dei tui in vanum: nam non relinquet Jehova innocentem eum, qui assumpserit Nomen suum in vanum.

vanum.

Expoſitio.

[*Nomen.*] Propriè ſignificat Dei titulum: hîc per Synecdochen ponitur pro re qualibet, qua Deus cognoſci poteſt, perinde ac ſuis hominibus: vt pro verbo, operibus, iudiciis, Roman. 1. 19. Matth. 23. 20, 21, 22.

[*Aſſumito.*] Metaphora à rebus pretioſis, quas contrectare non licet, niſi conceſſa venia. Et homines indigni ſunt qui vel corde vel ore nomen Dei ſanctum vſurpent & quaſi contrectent: hoc tamen Deus concedit.

[*In vanum.*] Nulla cauſa, nulla re, ratione vana & mendace.

[*Nam.*] Sanctio legis vnica ratione; Qui nomine Dei abutitur, reus erit peccati coram Deo, ideóque miſerrimus, Pſal. 32. 1.

[*Innocentem.*] Metonymia pro impune.

Pars negativa.

Honorem & gloriam deo debitam ne

ne minuito. Huc pertinent omnes rerum abuſus extra ſolennem Dei cultum, vt

1. Periurium, Matth. 5. 23. quod eſt quando quis non præſtat quod ex animi ſententia iuravit.

2. Falſum iurare, hoc eſt, Deum diabolo ſimilem facere, Ioh. 8. 44. Zach. 5. 4.

3. Iuramentum vſurpare in familiari colloquio, Matth. 5. 37.

4. Iurare per id quod non eſt Deus, Matth. 5. 34, 35. Huc pertinent vſitatæ formulæ iurandi, per Miſſam, Ierem. 5. 7. per fidem, Matth. 23. 22. per Chriſti mortem, vulnera, ſanguinem: quod eſt Chriſtum denuò cum Iudæis crucifigere, 1. Cor. 2. 8. & eius membra pro Deo ponere.

5. Blaſphemiæ in Deum, Leuit. 24. 16. Quidlibet Dei contemptum redolens.

6. Imprecationes in inimicos noſtros: vt abi in malam rem, Diabolus tecum, &c. In noſmetipſos, moriar, Damnetur anima ſi ita eſt. Huc, maledictio diei natalis, Iob. 3. 3. Hier. 15.

10.

10.

7. Leviter vſurpare Dei titulos in colloquio familiari: vt, Deus bone! quàm tardus eſt: O Ieſu! Ieſu! vbi fuiſti? &c. Phil. 2. 10. Iſa. 45. 23.

8. Abuſus creaturæ: vt, quũ irridetur opus Dei, vel modus operis, quum extenuatur excellentia operis, quum vituperantur dona Dei in aliis, & cibi ad menſam appoſiti; denique quum Deo ex ijs gloria non datur, 1. Cor. 10. 31. Rom. 1. 19. Pſal. 9. 17.

9. Sortitiones vanæ & inutiles. Sortis enim genuinus vſus eſt in deciſione litium maximarum. Prov. 16. 33. Act. 1. 23. Prov. 18. 18.

10. Incantationes per verba ſacra, per herbas, per pharmaca, Deutr. 18. 11.

11. Aſtrologia & genethliaca, & prognoſtica. In hac arte larvata eſt abuſus cœli, quod non eſt factum in eum finem vt ſit divinationum inſtrumentum, Gen. 1. 14. Pſal. 19. 1. Iſa. 47. 13, 14. Act. 19. 19.

12. Conſecratio aquæ & ſalis apud Papiſtas, vt ſit ſanitas animæ & fuga

fuga dæmonum, Missal. refor. pag. 96.

13. Facetiæ & sales è phrasibus Scripturæ, *Isa.* 66. 2.

14. *Iudicia* Dei parvi pendere, Math. 26. 24. Habac. 3. 16.

15. Vita dissoluta, Matth. 5. 16. Ephes. 5. 3, 4, 11. 1. Pet. 3. 15, 16.

Pars affirmativa.

Gloriam Deo debitam in omnibus et tribuito, 1. Cor. 10. 31. Huc referuntur,

1. Zelus erga gloriam Dei præ omnibus, Exod. 32. 32. Num. 25. 8.

2. Vsurpare Dei titulos in re gravi cum reverentia, Deut. 28. 58. Philip. 2. 10.

3. Sanctificare creaturas, & ordinationes Dei omnes: vt cibos appositos, opera vocationis, thorum coniugalem, &c. Huius actionis duo sunt media, verbum & oratio, 1. Tim. 4. 5. Verbum ostendit, primùm an vsus rei sit à Deo permissus; deinde quo sancto modo, quo loco, quo tempore, quo animo, quo fine re permissa sit vtendum.

vtendum. Oratio à Deo obtinet, vt gratia illius juvemur ad ſanctè vtendum. Hinc apparet omnem ſermonem & factum omne incipiendum eſſe in *Dei* nomine, 1. Sam. 17. 45. Mic. 4. 5. In nomine Ieſu Chriſto, Coloſſ. 3. 17. Deinde peragendum eſſe cum laudibus & gratiarum actionibus Deo, & Patri per Chriſtum. Ibid. 1. Theſſ. 5. 10. Philip. 4. 6.

4. Sanctum iuramentum, in quo hæc coſideranda. Primò, per Deum ſolum iurandum, quia ſolus eſt Iudex & Vindex mendacii. Iaco. 5. 12. Dan. 6. 13. Secundò, fiat in veritate, ne quid falſum iuretur: in iuſtitia, ne quid iniuſtum: in iudicio, ne quid temerè in re levi dicatur. Ierem. 4. 2. Iſa. 48. 1. Tertiò, tum ſolummodo iurandum, quando aliquid dubium, quod neceſſariò probandum eſt, non alio argumento quàm iuramenti teſtimonio commodè probari poteſt. Hoc autem evenit, quando agitur vel de gloria Dei, vel de pace publica, vel de ſalute proximi, vel de fide cuiuſquã propria. Heb. 6. 16. 1. Reg. 8. 31. Rom. 1. 9. 2.

Cor.1.23.1.Thess.2.5.Philip.1.8.

5. Votum sanctum, in quo tria servanda. 1. Debet esse de re in nostra potestate sita, Deut.23.21,22, 23. 2. De re accepta Deo, Deutr. 23.18. Eccles.5.1,4,5. 3. Præstandum, Psal.66.13.14.

QVARTVM MANDATVM DE Sabbatho, id est, de sacro tempore colendi & glorificandi Deum.

IV. Recordare diem Sabbathi vt sanctifices illum: Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum. Dies verò septimus est Sabbathum

bathū Iehovæ Deo tuo. Ne facito vllum opus tu aut filius tuus, aut filia tua, aut servus tuus, aut ancilla tua, aut iumentum tuum, aut peregrinus qui est intra portas tuas. Nam sex diebus perfecit Iehova cœlum & terram, mare, & quicquid est in ijs: quievit vero die septimo: idcirco benedixit diei Sabbathi, & sanctificavit illum.

Explicatio.

[*Recordare.*] Hæc clauſula requirit præparationem ad ſanctificandum Sabbathum, præcipuè à dominis familiarum.

[*Sanctifices.*] Sanctificare eſt rem à communi vſu ſeparare, & divino cultui applicare.

[*Sex.*] Occulta Prolepſis; At difficile eſt vnum integrum diem operibus noſtris vacare. Subiectio eſt à diſſimilibus. Permittam tibi ſex diebus operari: Septimo non permittam. Proteſis diſſimilium eſt in his verbis. Hæc permiſſio ordinaria tantum eſt: nam extra ordinẽ, Eccleſię permiſſum eſt, vnũ pluresvè dies è ſex diebus, vel ad ieiunium, vel ad ſolennem hilaritatem habendã, conſtituere. Ioel. 2.15.

[*Dies.*] Apodoſis diſſimilium in his verbis confirmatur à fine, quia Sabbathum dicatum eſt Deo & eius cultui: & illuſtratur à diſtributione cauſarum: Ceſſabis tu, filius, filia, ſervus, ancilla, iumentum, peregrinus.

[*Vllum opus.*] Ordinarium & liberum

num, Exod. 34. 21. Extraordinarium tamen permiſſum eſt, ſi fuerit neceſſarium, Matth. 12 11.

Sabbathum ceremoniale eſt, quatenus fuit typus ſignificans, 1. Internam ſanctificationem quæ eſt velut quies à peccato, Exod. 31. 13. Ezech. 20. 12. 2. Requiem cœli, Iſa. 66. 23. Hebr. 4. 8. Præterea quatenus die ſtato, nimirũ ſeptimo à creatione mundi ſtatisque ceremoniis fuit obſervatum, Levit. 23. 3. Num. 28 9. vnde iam deſiit ceremonia Sabbathi, Coloſſ. 2 17. & mutatum eſt in diem octavum, Act. 20. 7. 1. Cor. 16. 2. qui dies ob reſurrectionem Chriſti Dies Dominicus dictus eſt, Apoc. 1. 10.

Morale eſt, quatenus conſervat miniſterium verbi & ſolennem Dei cultum, præcipuè in conventu Eccleſiæ. Hoc autem reſpectu nobis ab opere ceſſandum eſt, perinde ac Iudæis, Iſa. 58. 13.

Pars affirmativa.

Sanctificato Sabbathum. Hoc fit, abſtinẽdo ab operibus peccati, & or-

dinariæ vocationis; & faciendo opera Spiritus: quæ sunt; primò, Opera secundi & tertii mandati: Audire verbum, & Sacramenta recipere, 2. Reg. 17. 3. Publicè invocare nomen Dei, 1. Tim. 2. 1, 2. Act. 4. 24. & Act. 7. 11. Meditari de operibus Dei, Psal. 92. totus. Secundò, Opera misericordiæ præstare, visitando ægrotos, iuvando pauperes, monendo, reconciliando, &c. 1. Cor. 16. 1, 2.

Pars negativa.

Ne polluito Dei Sabbathum. Hîc prohibentur.

1. Opera vocationis; Nehem. 13. 15, 16. Ergò in Sabbatho habere nundinas non licet.

2. Otium & inertia. Hebr. 10. 25.

3. Indulgere jocis, delicijs, ludis, & rebus vllis quibus vel impeditur animus vel alienatur à cultu Dei.

4. Externa observatio Sabbathi sine pietatis interna vi. Isa. 1. 14. 2. Tim. 3. 5.

Hacte-

Hactenus de prima tabula: Secunda deinceps eſt de amando proximum. Rom. 13. 9.

Proximus eſt quivis eiuſdem carnis nobiſcum. Iſa. 55. 7.

Modus amandi eſt, ſic amare proximum ſicut nos metipſos, id eſt verè & ardenter.

Tabula ſecunda continet ſex mandata.

MANDATVM QVINTum de Dignitate & excellentia proximi.

V. Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt prolongentur tibi dies tui ſuper terram illam, quam Jehova Deus tuus dat tibi.

Explicatio.

[*Honora.*] Honor per Synecdochen significat, omne id officium quo dignitas ea quæ est in persona proximi & præcipuè superioris, conservatur.

[*Patrem, & Matrem.*] Per Synecd. omnes superiores, vt parentes, Magistratus, Ministros, ætate seniores, Donis præcellentes.

[*Matrem.*] Hoc adiectum est, ne ob infirmitatem vilescant matres & præsertim novercæ, quibus etiam debitus honor sic præbendus est, ac si essent propriæ matres. Ruth. 3. 5. Exod. 18. 19. Mich. 7. 6.

[*Prolongentur.*] Ratio mandati à fine; quæ etiam est promissio specialis. Eph. 6. 1. Promittit verò Deus longam vitam quatenus ea est benedictio, Deutr. 5. 16. Est autem quandoque melius mori quàm viuere. Præterea si quando filijs obedientibus dat vitam brevem Deus, rependit vicissim æternam in cælis: & sic promissum non fallit, sed in melius commutat.

Pars affirmativa.

Conseruato dignitatem proximi. Ista dignitas ex eo est quòd singuli homines in se gerunt aliquid imaginis Dei in externis. in magistratu imago est potentiæ & gloriæ Dei. Psal. 82. 1. Dan. 2. 38. in sene æternitatis. Levit. 19. 32. in patre paternitatis Dei. Matth. 23. 9. in viro providentiæ & authoritatis. 1. Cor. 11. 7. In Docto, scientiæ, &c. jam autem ea persona, in qua elucet vel scintilla imaginis Dei, honorifica statim & reverenda est.

Sub hac parte jubentur *officia.*

1. Erga superiores omnes, Reverentia, cuius actiones sunt, assurgere venienti. Levit. 19. 32. 1. Reg. 2. 19. genu flectere, Mar. 10. 17. Nudare caput. 1. Cor. 11. 7. Adstare sedentibus. Exod. 18. 13. Gen. 18. 8. Dare sedem priorem. 1. Reg. 2. 19. Sermonem priorem. Iob. 32. 6. titulos reverentiam præ se ferentes. 1. Pet. 3. 6.

2. Erga superiores authoritate, primo obedientia in mandatis propter

ter dominum, Rom. 13. 1. etiam duris & malis. 1. Pet. 2. 18. non tamen in malo, Act. 4. 19. Secundò, subiectio in pœnis, Gen. 16. 6, 19. etiam injustis. ferenda sunt enim donec remedium legitimum habeas. 1. Pet. 2. 19, 20. Tertiò, Gratitudo. 1. Tim. 5. 17. in precibus. 1. Tim. 2. 1, 2. in externis subsidiis. Gen. 45. 9.

3. Erga superiores donis, eadem agnoscere & prædicare cum honore. 2. Cor. 8. 23.

4. Erga æquales omnes. Sentire de ijs honorificè, Phil. 2. 3. In dando honore præire alios alijs, Eph. 5. 14. Rom. 12. 10. Salutare alios sanctis signis, in quibus eluceat amor ob Christum. 1. Pet. 5. 14. Ruth. 2. 4. Exo. 18. 7.

5. Erga inferiores omnes. 1°. gerere se vt fratres. Deutr. 17. 20. 2. Reg. 5. 14. Iob. 31. 13. 2°. prælucere ijs exemplo inculpatæ vitæ. Tit. 2. 2, 3. 3°. gravitatem ostendere cum dignitate in vultu, factis, verbis. Ibid.

6. Erga inferiores obedientia. 1.

Regere

Regere eos in domino ne offendant. Eph.6.1. 1.Pet. 2.13. 2. punire lapſos, increpando, caſtigando. Sanctus eſt modus reos puniendi, ad quem iſta requiruntur. 1. exploratione prudenti adhibita certum eſſe de peccato. 2. offenſam è verbo demonſtrare, vt rei conſcientia tangatur. 3. differre pœnam, ſi emendationis elucet ſpes. Eccleſ. 7.23. 4. pœnam infligere, Dei nomine ſanctè interpoſito. Ioſu. 19. 25. 5. Id vnum ſpectare vt purgetur malum & reus omnino reſipiſcat. Prov.20. 30.

7. Modeſtia, qua quiſque propriæ perſonæ dignitatem moderatè curat. Phil.4.8. ideoque etiam & opus ſuum & laudem operi debitam ingenuè tuetur & agnoſcit. 2.Theſſ.1.4. 2.Corinth.12.5.

Pars negativa.

Excellentiam & dignitatem quæ eſt in perſona proximi ne minuito. Huc peccata referuntur.

1. Contra ſuperiores. 1. Irreuerentia.

rentia. Cham, Gen. 9.22. Eius actiones sunt, irridere. Prov. 30.17. maledicere, Exod. 21.17. 2. Inobedientia in licitis, Deut. 21.18. Esau, Gen. 28.9. Rom. 1.30. 3. Ingratitudo. 2. Tim. 3.3. 4. Obedientia in illicitis, Act. 4.19. 5. Se efferre supra maiores suos: hæc est peccatum Antichristi. 2. Thess. 2.4. 6. Dona Dei in proximo non agnoscere sed extenuare. 7. Ὀφθαλμοδουλεία, Coloss. 3.22. Eph. 66.

2. Contra æquales, præponere seipsum ijs vel sermone, vel sede. Rom. 12.10.

3. Erga inferiores, 1. negligentia in mandatis vrgendis. 2. diligentia sed non in domino. 3. indulgentia in pœnis. 1. Sam. 2.22.23. 4. nimius rigor. Eph. 6.4. 5. minæ, Eph. 6.9. 6. impedire ne impositum munus exerceant. Act. 4.5. ad 22.

4. Contra seipsum. 1. dotes à Deo concessas, sordidè se gerendo, obscurare & penè extinguere. Matth. 25. 2. inflari superbia, & supra quàm par est, sapere. Rom. 12.4.

MAN-

MANDATVM SEX-
tum de vita proximi.

VI. Non occîdes.

Expoſitio.

[*Occides.*] Per Synechdochen ſignificat vllo modo violare perſonam proximi. Æquitas mandati in eo eſt quod homo fuit creatus ad imaginem Dei. Gen. 9. 6. hominesq; ſinguli eadem ſunt caro. Iſa. 58. 7. Ergo nemini permiſſum eſt occidere, nimirum privato & non vocato: publicis tamen viris & à Deo vocatis licebit, vt Moſi, Exod. 2. 12. cum Act. 7. 25. Phineæ, Num. 25. 8. 11. Eliæ, 1. Reg. 18. 40. Militi dum eſt in bello. 2. Chron. 20. 15. Ephoris regni. 2. Reg. 19. 15.

Pars negativa.

Ne obeſto vel deeſto vitæ proximi.
Peccata quæ huc referuntur ſunt.

In corde, 1. odium proximi. 1. Ioh. 3. 15.

2. Ira

2. Ira temeraria. Rom. 1. 29.

3. Deſiderium vindictæ.

4. Indolentia.

In verbis, 1. amaritudo. Prov. 13. 18.

2. Maledictum quod eſt exprobratio peccati admiſsi vel defectus inherentis. Matth. 5. 22. 2. Sam. 6. 16, 20, 23.

3. Contentio, qua inter duos plureſuè quiſque contradicendo ſuperior eſſe contendit. Gal. 5. 20.

4. Iurgium in colloquiis, Ibid.

5. Clamor, id eſt, indecora vocis elevatio. Ibid.

6. Querelæ apud quoſcunque de iniuriis ab alio factis, Iam. 5. 9.

1. In vultu excandeſcentia, Gen. 4. 6.

2. Riſus, Gen. 21. 9. cum Gal. 4. 29.

In factis, 1. cædere proximum & corpus mutilare, Lev. 24. 20.

2. Mortem inferre quovis modo. gladio, fame, veneno, &c.

3. Crudelitas in pœnis infligendis, Deut. 25. 2, 3. cum 2. Cor. 11. 24.

4. Læ-

4. Lætari ob aliorum miſerias & infirmitates, Lev. 19. 14.

5. Pauperem opprimere, Exod. 22. 23. non tribuendo mercedem operanti, Deut. 24. 15. non reſtituendo veſtem datam in pignus, ante noctem. Exod. 22. 26.

6. Pœnam homicidio voluntario debitam remittere, Num. 35. 33, 34.

7. Duellum, id eſt duorum pugna, litium finiendarum gratia.

Huc etiam ea pertinent quæ ad animum referuntur. 1. Offenſionē præbere vitæ impietate. Matth. 18. 7.

2. Dare occaſiones odij & diſcordię. 1. Non remittendo aliquid de iure noſtro. 2. Perverſè & obſtinate reſpondendo. 3. Dicta quævis & facta accipiendo in deteriorem partem. Rom. 1. 29. 1. Sam. 25. 17. & 2. Sam. 10. 3.

3. Miniſtri peccatum, Non docere populum.

4. Negligentia in docendo. Ier. 48. 10. Hìc arguenda eſt ordinaria Miniſtri abſentia à grege ſibi commiſſo.

miſſo. Iſa. 62. 6. cum Act. 20. 26, 27. 1. Theſſ 2. 17. Matt. 6. 22. Ezech. 35. 6. Nehem. 13. 6. Concil. Antioch. c. 17. Concil. Sard. can. 14. 15. Concil. Conſtantinop. 8, c. 24. Socrates. 2. lib. 37. c. Accedit his etiam Damaſi decretum. & Concil. Trid. ſeſſ. 6. c. 8. permittenda tamen abſentia. 1. Si morbus intervenit. Concil. Mogunt. c. 25. Auguſt. Epiſt. 138. 2. Si conſenſum præbet Eccleſia, ad certum tempus, ob neceſſarium eius & publicum bonum. Coloſ. 1. 7. cum 4. 12.

Pars affirmativa.

Conſervato vitam proximi. Huc referuntur officia.

I. Quæ pertinent ad perſonam proximi & reſpiciunt, 1. Bona eius; vt collætari cum eo. Rom. 12. 15. 2. Miſerias; ob eas condolere. Rom. 12. 15. Ferre opem. Iob. 31. 16. quantam poſſis. 2. Cor. 8. 12. ſtatim ſine mora. Prov. 3. 28. Levit. 19. 17. 3. Iniurias. 1. ob levem iniuriam non iraſci. Num. 12. 3. Prov. 19. 11.

2. Tar-

2. Tardum eſſe ad iram: quod eſt iraſci tantum ob iuſtiſſimam cauſam. Mar. 3.5. Prov. 14.29. 3. Iraſci abſque mora. Eph. 4. 26. 4. Gratuitò condonare iniuriam abſq; vindicta. Eph. 4.32.

4. Defectus & infirmitates. 1. vitare cauſas & occaſiones quibus excitentur. Gen. 13. 7. Prov. 12. 18. 2. Cedere de jure, Matth. 17.26,27. 3. Excitatas lenire, vincendo bonitate malitiam proximi: Rom. 12. 21. Sectando pacem. 1. Pet. 3. 9. Iram ſedando molli reſponſione. Pov. 15. 1. Prætereundo infirmitates & defectus in dictis & factis. Pro. 19. 11. Tegendo per ſilentium. 1. Pet. 4.8. Prov. 17.9. Denique accipiendo quidlibet, ſi fieri poſſit, in meliorem partem. 1. Cor. 13.

5. Recreatio, quę eſt exercitatio in re media ad corporis robur & animi ſanctitatem confirmandam. Hinc Scripturæ permittunt vſum arcus. 2. Sam. 1. 18. Muſicam. Nehem. 7. 68. Parabolas. Iudic. 14. 12. Venationem. Cant. 2. 7. In veſtigationem operum Dei. 1. Reg. 4. 33.

II. Corpus proximi. 1. Alere & veſtire. Matt. 24. 41. 2. In periculis opem ferre. 1. Iohn. 3. 16. 3. Mortuum honeſtè ſepelire. Act. 8. 1. & 5, 6, 10. Appendix. Ante vindemiam & meſſem permittere cuiquam vt ſpicas & vuas in agro colligat, ad famem ſedandam. Deutr. 23. 24, 25.

In vindemia & meſſe ſpicilegio & racematio abſtinere in pauperum gratiam. Ruth. 2. 9. Lev. 23. 22.

III. Animam proximi. 1. Captare omnes occaſiones vt lucrifacias proximum ad Chriſtianam religionem. 1. Cor. 10. 33. 2. Vitam agere ſine ſcandalo. 1. Cor. 10. 32. Et ſanctam. 1. Pet. 3. 12. Act. 24. 15, 16. 3. Admonere lapſum. 1. Theſſ. 5. 14. Lev. 19. 17. 4. Exhortari currentem. Heb. 3. 12.

MAN-

*MANDATUM SEP-*timum de castitate *proximi.*

VII. Ne scor-tator.

Expositio.

[*Scortator.*] Scortari significat quidlibet agere quo castitas proximi polluitur. Matt. 5. 27, 28. 2. Pet. 2. 4.

Pars negativa.

Ne obesto vel deesto castitati proximi. Hîc prohibentur.

I. Cordis libido, Matth. 3. 27. & stio. quæ est internus æstus libidinis ietatem cordis vel impediens vel obiens. 1. Cor. 7. 8.

II. Voluptas & delectatio corporis illicita. 1. Cum bestiis. Levit. 8. 23. 2. Cum Diabolo. Sic enim

est confessio maleficarum: & Spiritus æquè potest miscere se cum lamia atque panem edere. Gen. 19.3. 3. Viri cum masculo & fœminarum invicem. 1. Cor. 6.9. Peccatum est hominis acti in sensum reprobum. Rom. 1. 26. 29. Et fuit peccatum Sodomæ Gen. 19. Inde appellatur Sodomia. 4. Consanguineorum, incestum, Levit. 18.6,7,8. 5. Solutorum, fornicatio, Deut. 22.22. 29. 1. Cor 10.8. & 6.6. 6. Cum coniugato, vel saltem cum desponsato, Adulterium. Pœna est idololatriæ. Rom. 1.24,26. Maius peccatum furto. Prov. 6. 32. Is enim qui hoc peccatum admittit, à proximo eripit castitatem, à se bonum nomen, à filio nondum nato dignitatem inter homines; præterea Dei fœdus violat. Pro. 2. 17. Domum suam lupinar facit; vxoris leno est eam quantum in se est meretricem faciendo. 2. Sam. 16. 22. Iob. 31. 9. 10. Pœna eius in posteros redundat. Iob. 31. 12. Clam admissum à Deo revelatur. Num. 5. 12. 22. Comitem habet vel stuporem cordis vel insignem horrorem. 7. Ma-

rit

riti cum vxore dum fluunt menſes. Lev.18.19. 8. Cum proprio corpore, etiam quando non miſcetur cum alio. Gen.38.8. Et quovis modo ἀχαθαρσίαν. 1.Cor.7.36.

III. Inſomnia libidinoſa ſi oriuntur ex impetu concupiſcentiæ.

IIII. Mollicies. Gal.5.19. qua libidinis occaſiones captantur. quæ ſunt. 1. Oculi pleni adulterij. 1.Pet. 2.14. Mar.7.21. 2. Otium. 3. Veſtitus laſcivus. 1.Tim.2.9. Iſa.3. 15. 4. Saturitas panis,& cibi libidinem cientes. Ezec.16.49.Luc.16.19. 5. Sermo corruptus,inſanus,ſpurcus. 1.Cor.15.33. quales habent multa cantica & de amore libri molliuſculi. 6. Laſcivæ repreſentationes in ludis & comœdiis. Eph.5.3. 7. Pictura indecora.1.Theſ.5.10,11. 8. Chorea, id eſt ſaltatio fœminæ cum viro.Mar.6.22.Prov.7.22. Eſtque contra viri gravitatem & fœminæ modeſtiam. 9. Societas cum effœminatis, & mulieroſis.Pro.6.21.

V. Pœnam adulteris leviculam imponere, qualem inſtituit Eccleſia

Romana. Nam hoc est alijs ansam peccandi dare.

Pars affirmativa.

Conseruato castitatem proximi. Castitas est puritas animi & corporis; animi quum liber est à concupiscentia: corporis, quum concupiscentias non exequitur. 1. Thess. 4. 5.

Virtutes eam conservantes sunt. 1ª. Modestia, quæ est moderatio in gestu & vestitu. *In* gestu duo servanda, 1. non debet exprimere concupiscentiam animi. *Iob.* 31. 1. Matt. 5. 27, 28. Pro. 7. 13. 15. Gen. 34. 2. 2. Gestus secretus debet esse in loco privato: vnde, in verbo cautum est, vt excrementa emittantur in loco seperato, & emissa tegantur. Deut. 23. 12, 13, 14. *In* vestitu debet esse Decor sanctus. Tit. 2. 3. Sanctus decor est qui sanctitatem viri vel fœminæ, id est, pietatem, temperantiam, gravitatem, &c. exprimit. *In*decorum est à viro geri instrumentum fœminæ, vel contra. Deut. 22. 5.

2. So-

2. Sobrietas, quæ eſt moderatio circa diætam. Hæc docet, 1. tempeſtivè edendum. Eccleſ. 10.14. 2. Ad robur corporis & animi pietatem excitandam, non obruendam. 1. Theſ. 5.6. Luc. 21.34.

Caſtitas eſt duplex; cælibatus & coniugij. *In* prima conſervanda, diligentius curanda ſanctitas. Pſal. 119. 9. Frequentius iejunandum. 1. Cor. 9. 27. Et vſtiones cavendæ. verſ. 9.

Caſtitas coniugij eſt eius purus vſus: ad quem hæc conducunt. 1. contrahendum cum fidelibus tantũ. Gen. 6. 2, 3. 2. *In* domino contrahendum. 1. Cor. 7. 39. 3. Non vtendum eo in ſeperatione muliebri. Ezec. 18.6. Vel in ſtato ieiunio. 1. Cor. 7. 5. 4. Adhibendum ad concupiſcentiam domandam non explendam. Rom. 13.14. 5. Cum precibus & gratiarum actione. 1. Tim. 4. 3.4.

MANDATVM OCtavum de Bonis *proximi.*

VIII. Ne furator.

Expoſitio.

[*Furator.*] Per Synecdochen appetere rem alienam, fraude obtinere,&c.

Pars negativa.

Ne deeſto vel obeſto bonis proximi. Hîc prohibentur.

I. Vita inordinata. 2.Theſſ.3. 11. Quæ eſt vel expers vocationis. 2.Cor. 7. 21. Vel otioſa, in qua intermiſſo munere bona & proventus malè impenduntur.

II. Iniuſtitia, 1.Cordis, auaritia, Mat. 5.28. hæc eſt idolorũ cultus. Eph. 5. 5. Coloſſ. 3. 5. & radix malorum omnium. 1.Tim.6.10. 2. operis, quæ eſt vel in contractu vel extra contractum.

Iniuſti-

Iniuſtitia in contractu eſt multiplex. 1.Theſſ.4.6.

1. Emere dona Spiritus.Act.8.21.

2. Vendere vel alienare bona Eccleſiæ.Mal.3.8.

3. Augere iuſtum rei pretium ob dilatum ſolutionis diem.Hoc enim eſt tempus ipſum vendere, & plus debito accipere.

4. Corrupta pro puris, ſpecioſa pro veris tradere.Iſa.1.22.

5. Iniuſtæ menſuræ & pondera. Deutr.25.13,14.Levit.19.35.Amo. 8.5.

6. Celare rei vitium.Mat.7.12.Et quovis modo diſſimulare. Pro. 20. 14.

7. Pretium exuperans rei valorem. Hab.2.11.

8. Vſura nummi. Luc.6.35.Exo. 22.25.Ezech.18.8. *Obiect.* Scriptura tantum prohibet *Neſchech*,id eſt,vſuram mordentem. *Reſp.* Nomen hoc non definit certam vſuræ ſpeciem, ſed eius communem naturam exprimit. Id apparet, quia Scriptura nuſquam vſurę alicuius non mordẽtis meminit.

9. Pig-

9. Pignus, commodatum, depoſitum, inventum, non reſtituere. Ezech. 18.7. Lev. 6. 3. Aut reſtitutionem differre. Pro. 3. 18. Pſal. 37. 21.

10. Detinere mercedem operariorum. Iam. 5. 4.

Extra contractum

Iniuſtitia eſt.

1. Muneribus elicere falſas ſententias in iudicio. Pſal. 82. Iſa. 1. 23.

2. Mendicis validis victum & veſtitum præbere. 2. Theſſ. 3. 10.

3. Luſus pro nummis inſtitutus. Non enim licet augere commodum tuum proximi incommodo.

4. Proventus ex illicitis artibus, Magia, Aſtrologia, ludis. Eph. 4. 28. Deutr. 18. 11. Epheſ. 5. 3. 1. Theſſ. 5. 22.

5. Eripere proximo rem vel minimam, in boni vel maximi gratiam. Mar. 10. 19. Rom. 3. 8. Siue rapina. 1. Cor. 5. 11. Siue dolo. Ezech. 15. 17. Et ne in bello quidem. Luc. 3. 18.

6. Mouere agrorum terminos.

Pro.

Pro.22.28.Hoſ.5.10.

7. Conſentire cum fure vel dando conſilium vel celando factum. Prov. 29.24.

Pars affirmativa.

Conſervato & augeto bona proximi. In conſervandis proximi bonis requiruntur.

1. Vocatio: qua quiſque pro doni ſui ratione honeſtæ operæ incumbit ad ſuum & proximi commodum. 1. Cor.7.24.Eph.4.28.1.Pet.4.10.

2. Rectus bonorum vſus; ad quem pertinẽt duę virtutes. 1. Αὐταρχεία qua ſtatu quiſq; ſuo contentus eſt. 1. Tim. 6.6,8.Phil. 4.11. Et quarta petitio orationis Dominicæ. 2. Frugalitas qua bona & ſtudioſè conſervantur & impenduntur tantùm in res neceſſarias & frugem ferentes. Ioh.6.12.Pro. 21. 5,17.

3. Veritas in dictis, Prov. 20.14. Et innocua ſimplicitas.

4. Iuſtitia in factis. 1. Theſſ.4.6. quæ multiplex eſt.

1. In

1. In emptione & venditione, in locatione & conductione prædiorum fundorum & rerum omnium conſtituere iuſtum pretium. Quod eſt quando res & pretium (quam proximè fieri poteſt) adæquantur. Hoc vt fiat, hę duę regulæ ſemper in promptu ſint. 1ª. Vt laboris & ſumptuum tuorum; ita commodorum proximi rationem venditor habeto. Lev. 25. 14, 15, 16. 2ª. Quæcunque volueritis, vt faciant vobis homines, ita & vos facite ijs. Mat. 7. 12.

2. Rem proponere vendendam quæ & ſubſtantia ſit & vſu integra.

3. Vti iuſtis ponderibus & menſuris. Lev. 19. 35.

4. In re locata, mercedem debitam & præterea culpam ſuam conductor præſtare debet. Exod. 22. 15.

5. Pignus redimere. 1. Sam. 17. 18. Si ad vitam tuendam valde neceſſarium, ſtatim reſtituere. Exod. 22. 26. Deutr. 24. 6. Non eligere ſed oblatum accipere. Deut. 24. 10, 11.

6. Fidejubere, 1. tantum pro honeſtis & notis, &, cum deliberatione.

ne. Prov. 11. 15, & 17, 18, & 22, 26, 27. Quod ſi fide iubendo fueris illaqueatus humiliatione & ambitu amicorum apud creditorem quærenda eſt libertas. Prov. 6. 1, 2, 3.

7. Stipulationes iuſtas etiam cum damno ſervare. Pſal. 15. 4. Iud. 14. 12. 13.

8. Rem commodare gratis. Luc. 6. 35. Exod. 22. 25. Et in ea reddenda diligentiam maximam adhibere: ideóque culpa ſi non aliàs, certè bonorum venditione præſtanda eſt. Exod. 22. 14, 15. 2. Reg. 4. 7.

9. Depoſitum reſtituere ſine mora. Pro. 3. 28. Mat. 21. 41. Si perijt, non exigere damnum. Exod. 7. 8, 13.

10. Iuventum cuſtodire ſi eſt ignotus dominus: & noto ſtatim reſtituere. Deut. 22. 1, 2. 3.

MANDATVM NONum de Fama proximi.

IX. Ne proferto cõtra proxi-

proximum tuum testimonium falsum.

Expositio.

[*Proferto.*]Id est, respondeto quãdo es à Iudice interrogatus. Deut. 19. 18,19.

[*Testimonium.*] Per Synecdochen omne dictum quo æstimatio proximi violatur & minuitur.

Pars negativa.

Ne deesto vel obesto nomini & existimationi proximi. Hîc prohibentur.

1. Invidia, æmulatio, amor & desiderium gloriæ. 1. Tim. 4. 6.

2. Suspiciones. 1. Tim. 6. 4. 1. Cor. 13. 5. Huc, judicia dura & siniſtra. Mat. 7. 1. Iam. 3. 17. Et judicium secundum apparentiam. *I*oh 7. 24. Prava expositio dictorum alicuius & factorum. 1. Sam. 1. 14. Act. 1. 14. & 28. 4. Relatio verborum tantum, non sensus

ſus & ſententiæ proximi. Mat. 26.60, 61. cum *I*oh. 2. 19.

3. *I*niuſtam in iudicio ſententiam efferre: & in vno teſte acquieſcere. *I*oh. 8. 17.

4. Fictos & noxios ſermones de proximo, vel palam excitare vel clam ſuggerere. Rom. 1. 29, 30. Lev. 19. 16. Spargere vel ijs aliquid affingere. Pro. 26. 20, 22. 1. Tim. 5. 13. Allatos recipere. Exod. 33. 1. Sam. 24. 10.

5. Accuſare proximum ob id quod certum eſt & verum, ex odio. 1. Sam. 22. 9. cum Pſal. 32. 1, 2, 3.

6. Secretum alicuius, præcipue ſi infirmitatem olet, cuiquam exponere. Matt. 18. 18. Prov. 11. 12, 13.

7. Sermo dicax & aculeatus. Eph. 5. 4.

8. Adulatio, qua plus quam par eſt proximo tribuitur. Prov. 20. 19. & 27. 5. Horrendum eſt peccatum in Miniſtris verbi. Ezech. 13. 10.

Pars affirmativa.

Conſervato bonum nomen proximi. Hîc jubentur.

1. Gau-

1. Gaudium de bona eius existimatione. Gal. 5. 22.

2. Bonum, in quocunque fuerit, agnoscere libenter & in sermone prædicare. Tit. 3. 2.

3. Quod verum est & bonum in proximo lubenti & prompto animo excipere. Psal. 15. 3. Act. 16. 3. Et susurrones improbare. Pro. 25. 23.

4. Malum secretum, si non est necessariò narrandum, celare. Prov. 10. 12. Matt. 1. 19. *Obiect.* Hoc est hominum peccatis communicare. *Resp.* Celare debes malum occultum ne proximus irritetur: interim admonendus est vt corrigatur. Matth. 18. 17. Gal. 6. 1. Iam. 5. 20. Excipe, 1°. si hominis mali gloria Dei gloriam obscurat & impedit. Mat. 23. 27. 2. si occultatum malum non tollitur, tum ex amore narrandum ijs à quibus tollatur. Gen. 45. 8.

MAN-

MANDATVM DE- cimum de Concu- *piſcentia.*

X. Ne concupiſcito domum proximi tui, ne concupiſcito vxorem proximi tui, aut ſervum eius, aut ancillā eius, aut bovem eius, aut aſinum eius, denique quicquid eſt proximi tui.

Expoſitio.

[*Concupiſcito.*] Concupiſcere eſt intus cogitare & appetere aliquid mali contra proximum: etſi nullus ad agendum voluntatis conſenſus acceſſerit,

ceſſerit. Ratio prima. Ipſi philoſophi avaritiam cordis, & legum civilium latores, mali propoſitum cum aperta deliberatione conjunctum arguunt: cupiditates verò quæ hîc prohibentur abditæ magis & occultæ ſunt, quia non fuerunt Paulo, legis doctori notæ. 2. Niſi concupiſcentia præcedens conſenſum hîc prohibetur, in mandatis erit magna confuſio. Matth. 5. 28.

[*Domum.*] Illuſtratio mandati è diſtributione ſubiectorum. Ex qua apparet concupiſcentiam malam hîc tantum damnari. Coloſſ. 3.5. Quædam enim eſt permiſſa & per ſe bona vt deſiderium cibi & potus, & concupiſcentia ſpiritus. Gal. 5.17.

Pars negativa.

Ne concupiſcito aliquod malum in proximum. Hîc prohibentur.

1. Ipſa concupiſcentia. *Iam.* 1: 14.

2. Prava quævis & ſubita cogitatio quæ oritur ex concupiſcentia. *Ibid.*

bid. Gal. 5. 27. Luc. 10. 27. Et ſuggeſtio Satanæ ſi admiſſa inhæreat, Matt. 4. 1.

3. Cogitatio & motio quævis, delectans quidem & titulans cor, ſed non eliciens conſenſum. Ibid. Huc pertinent, ſtulta cordis vota, Vtinam hæc domus eſſet mea: vtinam, &c.

Pars negativa.

Concupiſcito bonum proximi. Hîc iubentur.

1. Purum cor erga proximum. 1. Tim. 1. 5.

2. Sanctæ cogitationes & motiones Spiritus. Luc. 10. 27. Gal. 5. 17. Iſa. 30. 21.

3. Reprimere pravos appetitus. Rom. 7. 24. 2. Cor. 12. 8.

CAP. IX.

De vſu legis.

VSVS legis in hominibus non renatis triplex eſt.

1. [a] Oſtendere peccatum.

2. [b] Operari & augere peccatum, per accidens, ob carnem, qua nitimur in vetitum ſemper cupimùſque negata.

3. [c] Denunciare æternam damnationem ob inobedientiam vel minimam, nulla ſalutis oblata ſpe: Hæc ſententia legis eſt, per quam minando & terrendo regnat in hominibus. Huius regni finis eſt, vt [d] peccatores ad Chriſtum vrgeantur. & eius duratio eſt æterna, niſi in hac vitâ peccator reſipiſcentiâ agat: [e] ad cuius primum actum ita deſinit, [f] vt is ſub lege non ſit amplius ſed ſub gratia. Itaque, ſi vitam æternam cupis, primùm te viaſque tuas debes excutere per ſingula mandata legis: tum, vbi noveris peccata,

[a] Rom. 3. 10.

[b] Rom. 7. 8, 9, 10, 11. & 11. 32.

[c] Rom. 3. 19. Gal. 3. 10. 2. Cor. 3. 7.

[d] Gal. 3 22. 24. Heb. 12. 18.

[e] 2. Sam. 12. 13 Pſal. 32. 5.

[f] Rom. 6. 14.

cata, ob oculos ponenda est maledictio peccatis debita, vt tuam miseriam deflens & vires (quod ad salutem attinet) omnino desperans, teipsum abrenuncies & ad Christum Iesum quærendum & expetendum incitêre.

Vsus legis in Renatis, longè est alius: nimirum,[g] eos dirigere ad novam obedientiam in omni vita, acceptam quidem eam Deo per Christum.

[g] Rom. 3.31. Cap.12.& 13. Psal. 119. 24. 105.

CAP. X.

De Evangelio & eius vsu.

HActenus de lege: sequitur Evangelium: Evangelium est secunda pars verbi Dei[h] optimum, fœliciſſimúmq; nũcium continens: nempe genus humanum per mortem Iesu Christi vnigeniti filij Dei redemptum esse: ita, vt cunctis hominibus (modo resipiscant & credant in Christum Iesum) parata

[h] Ioh.1.12.& 3.14,15.1.Co. 1.30. Zechar.12.10.

ſit omnium peccatorum remiſſio, ſalus & vita æterna. Eius ergo vſus eſt: primo, oſtendere iuſtitiam eam in Chriſto qua obtineatur ſalus: ſecundo, [i] Spiritus ſancti inſtrumentum eſſe in quo efficaciam ſuam exerat in fide gignenda per quam credentes Chriſti iuſtitiam apprehendant.

[i] Rom. 1. 16. Act. 16. 14. Iob. 33. 23, 24.

Evangelium in Eccleſia florente, [k] prædicatum; eâdem verò ob communẽ apoſtaſiã collapſa & iacente, [l] narratum & recittaum, eiuſque percepto vel [m] ſono, extra ordinem efficax eſt.

[k] Rom. 10. 14. [l] Act. 11. 19. Ioh. 4. 30, 42. Rom. 11. 4. [m] Rom. 10. 18.

CAP. XI.

De Sacramentis.

Hactenus de Prædicatione verbi: ſequuntur eius appendices: nimirum Sacramenta.

Sacramentũ eſt quo [a] per certos externos ritus Chriſtus eiuſque gratiæ ſalutiferæ Chriſtiano ſignificantur, præbentur, obſignantur.

[a] Rom. 4. 11. Gen. 17. 10. 11

In

In omni Sacramento conſiderandæ ſunt partes & partium Relatio.

Relatio eſt externorum cum internis, id eſt, rerum cum rebus, actionum cum actionibus, ex divina inſtitutione vnio σχετικὴ & habitudo: per quam fit, quòd ſigna in externos ſenſus incurrentia Chriſtianum animum analogia quadam ad conſiderandas res ſignificatas & applicandas traducunt.

Ex hac Relatione Sacramentali oriuntur metonymicæ loquutiones, quando aliud de alio prędicatur: nam.

1°. Signi nomen prædicatur de re significata, vt [a] Pesah est agnus. [b] Panis est caro Christi, [c] Pascha nostrum est Christus. [d] Vnus panis multi sumus.

2°. Rei internæ nomen de signo prædicatur. Vt panis est corpus Christi, poculũ domini est sanguis Christi.

3°. Signo attribuitur effectum rei significatæ: vt [e] circumcisio est fœdus, [f] poculum est novum fœdus in sanguine, [g] Baptismus lavacrum.

4°. Proprium signi rei significatæ tribuitur. [h] Circumcidite præputium cordis. [i] Nisi comederitis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

[a] Ezod. 12. 11, 12.
[b] Ioh. 6. 51.
[c] 1. Cor. 5. 7.
[d] 1. Cor. 10. 27
[e] Gen. 17. 10. Act. 7. 7.
[f] Luc. 22. 16.
[g] Tit. 3. 5.
[h] Deut. 10. 6.
[i] Ioh. 6. 53.

CAP. XII.

De Baptismo.

[a] 1. Cor. 10. 1, 2, 3. Tertul. lib. 4. contra Marcionem. August. dei symbol. ad Catechum. lib. 4. c. 6.

Sacramenta [a] duo sunt. Primum quo fit admissio in Ecclesiam dei; vt Baptismus: alterum, quo fit perpetua conser-

vatio

vatio & nutritio in eadem, vt Cœna Domini.

Baptiſmus eſt Sacramentum[b] quo fœderati abluuntur aqua *in nomen Patris Filij & Spiritus ſancti*, vt Chriſto inſiti cum eo communionem habeant. Fœderati ſunt qui pertinent ad fœdus gratuitum: ijque ſunt vel[c] adulti, qui accedentes ad Eccleſiam Dei & reſipiſcunt & doctrinam eius fundamentalem probant; [d]vel Infantes, ex altero ſaltem parente fideli.

[b] Math.28.91. Mar.1.16. 1. Cor.1.13. 14.

[c] Math.3.6. Exod.12.48. Act.2.38, 39.

[d] 1.Cor.7.14. Rom. 11. 16. Gen.17.7.13. Act.16.31.

Ablutio *in nomen Patris Filij & Spiritus ſancti* eſt inſignis[e] teſtificatio, 1. Dei erga baptizatum, quod Pater velit in gratiam recipere, Filius redimere, Spiritus ſanctus abluere & regenerare. 2. Baptizati erga Deum, quod velit neminem agnoſcere, invocare, colere, niſi hunc verum Iehovam qui eſt Pater Filius & Spiritus ſanctus.

[e] 1.Cor. 1.13. 14,15.

Typica

Typica delineatio Baptismi.

	Res sensibiles.	Aqua.	Relatio Sacramentalis, qua fit vt externa sint. 1°. Signa repræsentandi. 2°. Instrumenta exhibendi. 3°. Sigilla obsignandi nobis interna, id est, Christum, & eius beneficum.	Sanguis Christi, & per Synecdoch. totus Christus.	Res spirituales.	
Actiones sensibiles, & externæ.	Ministri, ablutio sordium corporis: in nomen & Patris, & Filij, & Spiritus sancti.	Aspersio, vel immersio in aquã.		1. Remissio peccatorum, & imputatio iustitiæ Christi. 2. Mortificatio peccati, vi mortis Christi.	Dei, absolutio spiritualis, id est, Regeneratio.	Actiones spirituales, & internæ.
		Mora in aqua.		Progressus. & actio mortificationis.		
		Emersio ex aqua.		Vivificatio, & Sanctificatio vi resurrectionis Christi.		
	Recipientis.	Dare se abluendum.		Consecrare se Deo: & diabolo, carni, mundo abrenunciare.	Recipiẽtis.	

Rectus vſus Baptiſmi ſic eſt. 1. Vbi ſentis irritatis concupiſcentiis, inclinare te ad peccatum aliquod, ſancta meditatio habenda eſt de ſolenni voto quod Deo in Baptiſmo nuncupaſti. 2. Si ex infirmitate lapſus es vel etiam relapſus, recurre viciſſim ad Baptiſmum, vt illinc te colligas animumque recipias. Nam [f] in eo ſemel adminiſtrato peccatorum remiſſio non præteritorum tantum ſed etiam præſentium & per omnem vitam futurorum, eſt data. Vnde Baptiſmus vere eſt Sacramentum pœnitentiæ; & metuenti [g] naufragium fidei ſcalmus eſt. 3. Vide nunquam animo acquieſcas [h] donec vim Baptiſmi ſenſeris, id eſt efficaciam mortis Chriſti peccatum mortificantis & virtutem reſurrectionis in viuificatione Spiritus.

[f] 1. Pet. 3. 20. Eph. 5. 6.

[g] Mar. 1. 4. Luc. 3. 5.

[h] 1. Tim. 1. 19. Rom. 6. 46.

CAP. XIII.

De Cœna Domini.

COEna Domini eſt Sacramentum, quo adhibito pane & vino [a] Chriſti *σύμφυτοι* in eodem continuò nutriuntur ad vitam æternam.

[a] 1. Cor. 11. 23, 24, 25. Rom. 6. 5.

Typica

Typica delineatio Cœnæ Dominicæ.

	Res sensibiles.	1. Panis. 2. Vinum.	*Relatio Sacramentalis.*	1. Corpus 2. Sanguis } Christi.	Res spirituales.	
Actiones sensibiles, & externæ.	Ministri	Accipere panem & vinum in manum.		Obsignare Christum ad munus mediationis. Ioh. 6. 27.	Dei.	Actiones spirituales, & internæ.
		Cõsecrare panẽ & vinum recitatione promissionis, & precibus in eũ finem cõceptis.		Mittere Christum ad præstandam mediationẽ, ad quam ab æterno obsignatus est.		
		Frangere panem & effundere vinum.		Execrabilis passio Christi, & effusio sanguinis.		
		Dare panem & vinum in manum recipientis.		Offerre Christum omnibus etiam hypocritis, sed Christianis vere exhibere.		
	Recipientis Christiani.	Recipere panem & vinum in manum.		Apprehendere Christum per fidem.	Recipientis Christiani.	
		Edere panem, & vinum bibere, vt nutritio corporis fiat.		Applicare sibi Christum, vt vera vnio & communio cũ Christo augeatur.		

Sancta præparatio ad Cœnam Domini requirit.

1°. [a] Cognitionem præcipue lapſus noſtri, & reſtitutionis in fœdere per Chriſtum promiſſæ. [a] 1 Cor. 11. 26.

2°. [b] Sinceram fidem in Chriſtum. Nam in Sacramento quiſque tantum accipit quantum credit ſe acceptu-rum. [b] Hebr. 4. 2.

3.° [c] Veram reſipiſcentiam de peccatis; & eandem etiam renovatam ob recentes lapſus ex infirmitate admiſſos. [c] Eſa. 66. 3. Pſal. 26. 6.

4°. [d] Reconciliationem cum proximo de iniuriis & offenſis. [d] Matt. 5. 22, 23.

Hæc ſi attuleris, à Sacramẽto ob creberrimas infirmitates ne abſtineas. *Obiect.* At ſentis tibi cor eſſe pravum & rebelle. *Reſp.* [e] Senſus pravæ diſpoſitionis optima diſpoſitio eſt. Cœna remedium eſt ægris & laſſatis animis: Ergo, non tam afferendum cor mundum eſt, quàm in ea quærendum. *Obiect.* Magnum ſentis defectum fidei. *Reſp.* Obnixè [f] orato Deum vt fidem augeat: id ſi minus ipſe præſtes, vtere ſubſidio fidelium, qui te [h] quaſi paralyticum [e] Luc. 4. 18. Matt. 15. 24. [f] Mar. 9. 24. Mat. 8. 23. [h] Mar. 2. 3, 4.

lyticum humeris deportent, Christoq; sistant.

[h] 1.Cor.11.27. Si hæc non attuleris, [h] reus eris corporis & sanguinis Christi; simili plane ratione, ac is qui violat coronam vel nũmum regis, reus est læsæ Maiestatis.

CAP. XV.

De gradibus exequutionis *decreti Electionis.*

DIctum est de externis mediis exequẽdi decreti Electionis: sequuntur deinceps exequutionis gradus.

Gradus duo sunt:

* Eph.1.9.9. * Amor Dei & amoris declaratio.

[a] 1.Ioh.4.10. Rom.5.8,10. Amor Dei est [a] quo Deus homines in se corruptos in Christo tamen electos gratis amat.

Amoris declaratio duplex est. Prima in electis infantibus; altera in adultis.

Decla-

Declaratio divini amoris in infantibus iſta eſt. [b] Electi infantes, vel in vtero vel ſtatim atque nati ſunt ratione abdita & ineffabili per ſpiritum Dei Chriſto inſiti, morientes ſalvantur.

[b] 1.Cor.12.13. Luc.1.35.41, 64,80. Ier.1.5.

Declaratio amoris divini [c] in adultis quatuor præcipuè gradus continet.

[c] Rom.8.30. 1.Cor.1.30.

CAP. XVI.

De primo gradu declarationis amoris Dei.

PRimus gradus eſt vocatio efficax [a] qua peccator ſeperatus à mundo receptus eſt in dei familiam.

[a] Eph.2.17,19.

Partes habet tres. Prima eſt [b] Electio, quæ eſt ſeperatio peccatoris à mundo. Secunda eſt Donatio patris [c] qua ſalvandum Chriſto dat. Tertia eſt vnio, [d] quæ eſt inſitio in Chriſtum, & cum eodem coalitio: vt Chriſtus ſpeciali ratione caput

[b] Ioh.15.19. [c] Ioh.17.6, 7. 2.& 10.29. [d] Ioh.17.20, 21. Eph.5.31. Ioh.15.1,2. Eph.2.20,21, 22.

put ſit, peccator membrum: Hæc vnio realis & maximè arcta eſt non tamen per contactum vllum, vel comixtionem, vel ferruminationem animæ ad animam, vel [e] etiam per nudam conſentionem animorum: ſed [f] per communionem & [g] efficaciam eiuſdem [h] Spiritus; qui infinitus eſt & poteſt perinde res maximè diſjunctas vnire: ſicut eadem anima caput & pedes coniungit.

[e] Act.4.32.
[f] Eph.2.22. Phil.2.1.
[g] 2.Pet.1.4.
[h] Eſai.65.1. Ezech.16.1. Eph.2.3.

Vocationis exequutio ſuis conſtat mediis.

Primum eſt. Salutaris auditio verbi [i] quando homini in peccatis mortuo & de ſalute ne cogitanti quidem extrinſecus enunciatur verbum Dei: [k] lex primò oſtendens peccatum & peccati pœnam damnationem: tum Evangelium oſtendens ſalutem in Chriſto cum conditione fidei: & intus [l] oculi illuminantur, [m] cor & aures aperiuntur vt audiat & verè intelligat verbum Dei predicatum.

[i] Rom.7.7.
[k] Ioh.1.12. Eſa.55.1.
[l] 1.Ioh.2,27.
[m] Act.16.14. Pſal.40.6. Ioh.6.44. Iſa.54.5.

Secundum eſt: [n] Emollitio cordis quod penitus conterendum eſt, vt ſit idoneum ad recipiendam ſalutarem grati-

[n] Ezec.11.19.

gratiam. Ad cor emolliendum [o] quatuor inſerviunt.

1. Cognitio legis Dei.

2. Cognitio tum peccati & Originalis & actualium: tum pœnarum peccati.

3. Compunctio cordis, quæ eſt ſenſus iræ divinæ ob eadem peccata.

4. Sancta deſperatio de propriis viribus quod ad ſalutem attinet.

[o] Act.2.37,38. Luc.15.14,15. 16,17,18. Mat.15.24.

Tertium eſt Fides: [p] quæ eſt miranda efficacia cordis Chriſtum apprehendentis & ad ſe recipientis.

Chriſti receptio eſt, quando quiſque ſibi ſpeciatim applicat Chriſtum eiuſque merita, per internam perſuaſionem cordis, quæ non aliunde exiſtit quàm ex [q] efficaci (vt ita loquar) certioratione Spiritus ſancti de miſericordia Dei in Chriſto Ieſu.

In ortu fidei quinque ſunt gradus ſiue motus cordis, invicem connexi & à Chriſtianis præcipuè notandi.

[p] Ioh. 1.12. & 6.35. Rom. 10.30. cum 33.

[q] 1.Cor.2.12. Zech.12.10. Rom.8.16. Eph.1.13.

Primus: Notitia [r] Evangelij per illuminationem Spiritus ſancti. Huic annexa eſt in humiliatis, [s] attenta con-

[r] Eſa.53.11. Ioh.17.3. [s] Luc.15.17.

Perkins, W.

sideratio promissionum Evangelij, ex intimo sensu inopiæ suæ: & in illuminatis omnibus, [t] Fides generalis, qua præbent assensum Evangelio. Hæc si plenior est & perfectior appellatur [u] πληροφορία τῆς συνησέως.

[t] Hebr. 4. 2. 1. Tim. 1. 19. & 2. 4.
[u] Colos. 2. 2. Rom. 14. 14. Luc. 1. 1. 1. Thess. 1. 5.

Secundus: [x] Spes veniæ, qua peccator etsi nondum sentit remissum esse peccatum, remissibile tamen esse credit.

[x] Luc. 15. 17, 18.

Tertius: Esuries [y] & vehemens expetitio gratiæ quæ est oblata in Christo Iesu.

[y] Ioh. 6. 35. & 7. 37. Revel. 21. 6. Math. 5. 6.

Quartus: [z] Accessus ad thronum gratiæ, vt apprehenso ibidem Christo inveniamus misericordiam apud Deum. Eius partes sunt duæ: prima est [a] humilima confessio peccatorum; quæ particularium esse debet, si nota sint peccata: generalis tantùm, si, ignota: & eam iam actam immediatè sequetur peccatorum remissio coram Deo. Secunda est [b] deprecatio pro remissione peccatorum [c] cum gemitibus inexplicabilibus, & cum perseuerantia.

[z] Heb. 4. 16.
[a] Psal. 32. 5. 2. Sam. 12. 13. Luc. 15. 20.
[b] Luc. 15. 21. Act. 8. 22.
[c] Rom. 8. 26.

Quintus: Specialis persuasio cordi

à Spi-

à Spiritu ſancto impreſſa, [d] qua promiſſiones Evangelicas quiſque *ſibi* ſpeciatim applicat; [e] etiam ante experientiam.

Hæc de ortu fidei: cuius præterea ſunt gradus inſignes duo, infimus & ſupremus.

Infimus eſt ὀλιγοπιςία, quæ eſt [f] parva vel infirma fides, velut [g] granum ſinapis & [h] linum fumigans: quod prę debilitate nec calorem, nec flammam ſed tantum fumos emittit.

Infirma fides eſt quando ex illis quinque gradibus, vel [i] notitia, vel [k] applicatio promiſſionum valde infirma eſt; cæteris quidem firmis.

De hac tenendæ ſunt duæ regulæ. 1ª. Serium credendi ſtudium & [l] deſiderium obtinendæ gratiæ, naſcentis fidei ſemen eſt. 2ª. Deus [m] non aſpernatur exiguam fidem, modo paulatim creſcat, & media quibus incrementa dantur non repudiet.

Summus gradus fidei eſt [n] πληροφορία τῆς πίςεως, quæ eſt non ſolum vera & certa ſed etiam plena perſuaſio cordis qua ſtatuit Chriſtianus Deum amare

[d] Mat.9.2. & 15.18.
[e] Mat. 15. 22, 23, 24, 25, 26, 27. Ioh. 20. 29. Heb.11. 1.
[f] Mat.8.25.
[g] Mat. 17. 20.
[h] Eſa.42. 3.
[i] Rom.14.2,3. Mat.16. 16.cũ 17.23. Luc.9. 45. *Act.*1.6.
[k] Mar.9.24.
[l] Mat.5.6. Revel.21.6. Pſal.145.19.
[m] Luc.17.5.6.
[n] Rom. 19. 20, 21.& 8.38.

Perkins, W.

ſe & velle ſibi ſpeciatim Chriſtum eiuſque gratias omnes, [o] ad ſalutem pertinentes dare. Iſte gradus ſequitur poſt ſenſum, obſervationem, experientiam habitam de amore Dei.

[o] Pſal. 23. 6. cum 1,2,3,4,5. 1.Sam. 17. 32, 33,34,35,36.

CAP. XVII.

De ſecundo gradu declarationis amoris Dei.

SEcundus gradus eſt Iuſtificatio, [a] qua credentes iuſti coram Deo per obedientiam Chriſti acceptantur. Eius partes duæ ſunt, Remiſſio peccatorum & Imputatio iuſtitiæ. Remiſſio peccatorum eſt, [b] qua reatus & pœna peccati à credēte per Chriſti paſſionem removetur.

[a] 2.Cor. 5. 21. 1.Cor.1. 30. Rom. 5. 17,18, 19.

[b] Coloſ. 1. 22. 1.Pet.2. 25.

Imputatio iuſtitiæ, [c] qua per iuſtitiam Chriſti credentes obtecta peccati culpa, iuſti cenſentur. Forma Iuſtificationis eſt quædam tranſlatio peccatorum credentis in Chriſtum & viciſſim iuſtitiæ Chriſti in credentem, per imputationem facta; vt apparet in iſto Diagrammate.

[c] 2.Cor. 5. 21. Pſal. 32.1. Rom.c. 4.totū.

Chriſtus



Iuſtificationi annexa eſt Adoptio, per quam, omnes ad eam [b] prædeſtinati [c] poteſtatem accipiunt vt actu cenſeantur filij Dei per Ieſum Chriſtum.

Hinc etiam multis privilegiis donantur. Primò ſunt [d] hæredes Dei: Deinde ſunt [e] cohæredes Chriſti & [f] Reges. Tertiò, [g] afflictiones omnes & iam [h] defectus atque lapſus tantum ſunt [i] caſtigationes paternæ ad bonum illorum. Quartò, [k] Dominium habent in omnes creaturas terræ. Poſtremò,

[b] Eph. 1. 5.
[c] Ioh. 1. 12.
[d] Rom. 8. 7.
[e] Ibid.
[f] Rev. 1. 6.
[g] Rom. 8. 26. 36, 37. Pſal. 89. 32, 33.
[h] 2. Cor. 12. 8.
[i] 2. Sam. 7. 14.
[k] 1. Cor. 3. 22, 23. Hebr. 2. 7, 8. 1. Tim. 4. 2, 3, 4

Perkins, W.

[f] Hebr.1.14. Pſal.34.7.

[1] Angelos habeat miniſtros ad commodum ſuum.

CAP. XVIII.

De tertio gradu declarationis amoris Dei.

Tertius gradus eſt Sanctificatio, [a] qua credentes liberati à tyrannide peccati, paulatim intrinſecus renovantur in ſanctitate & iuſtitia.

[a] 1.Ioh.3.9. Rom.8.1. Eph.4.24.

Sanctificationis partes ſunt, Mortificatio & viuificatio.

[b] Rom.6.2,3,4,5. Gal.5.24.

[b] Mortificatio peccati, qua peccati vis paulatim debilitatur & interimitur. Eius

Remedium, eſt mors & ſepultura Chriſti, à quibus vis procedit, quæ vim graſſandi peccato adimit, & quaſi in ſepulchro facit mori & computreſcere.

[c] Eph.4.23,24 Eph.2.1. Gal.2,20.

[c] Vivificatio, eſt qua ſanctitas inhærens & inchoata, perpetuo & paulatim

latim augetur. [d] Primo enim accipimus primitias ſpiritus, tum earum continuam auctionem. Eius

[d] Rom. 8. 23, 26. 1. Cor. 15. 45.

[e] Efficiens eſt Spiritus ſanctus efficaciter ſe in credentes inſinuans, & in iis ſanctitatem creans.

[e] Iob. 33. 24. Rom. 8. 9, 10.

[f] Remedium eſt virtus à reſurrectione Chriſti emanans in eos & faciens vt in vitam novam reſurgant.

[f] Phil. 3. 10.

Sanctitas rurſus [o] pro facultatum hominis varietate multiplex eſt.

[o] 1. Theſſ. 5. 23.

1. Sanctitas mentis eſt eius [p] illuminatio in agnitionem voluntatis Dei. Eſtque ſpiritualis vel intelligentia vel ſapientia. Intelligentia ſpiritualis eſt, qua notam verbi Dei veritatem agnoſcimus. Sapientia eſt, qua veritas eadem ad res & actiones particulares rectè adminiſtrandas, pro circumſtantiis perſonarum, locorum, temporum, applicatur.

[p] Coloſſ. 1. 9. 1. cor. 12. 8.

Vtriuſque effecta ſunt, [q] diſcretio boni & mali, [r] dijudicatio ſpirituum, [s] Meditationes de verbo & operibus Dei, [t] agnitio internæ cæcitatis.

[q] Hebr. 5. 14. phil. 1. 10. [r] 1. Iohn 4. 1. 1. theſſ. 5. 21. act. 17. 11. [s] Pſal. 1. 2. & 119. 15. pſal. 107. totus [t] Pſal. 119. 33.

2. Sanctitas [u] memoriæ, eſt vis cuſtodiendi rem bonam menti oblatam,

[u] Pſal. 119. 11. & 16. 7. Luc. 2. 51.

Perkins, W.

& eiusdem reminiscentia.

[x] 1.Tim.1.19, 1.cor.4.3. act.23.1.cum 24.16. psal.26.1,2,3. [y] Phil.4.17. [z] Prou.28.1.

3. Sanctitas conscientiæ, est [x] vis excusandi hominem de peccatis omnibus in Christo remissis, & de vita cum integritate acta. Hinc oritur interna [y] pax Dei, & externa [z] in vultu alacritas.

[a] Phil.2.13. rom.7.14.

4. Sanctitas voluntatis, [a] qua incipit velle bonum, & malum nolle. Est ergo partim à peccato liberata, partim serva.

[b] 1.Thess.5.23

5. Sanctitas affectionum, [b] est earum recta commotio. Hac laude inprimis sunt illustres, 1. Spes, [c] qua cum suspirijs expectamus complementum redemptionis. Spei confirmatæ & [d] viuæ sua quoq; est πληροφορία. 2. Timor [e] offensionis dei [f] ob misericordiam. 3. [g] Vilis æstimatio omnium præ Christo Iesu. 4. [h] Amor erga Deum in Christo, qui sit instar mortis & sicut ignis qui non potest extingui. 5. Zelus [i] feruidus erga gloriam Dei. 6. [k] Angor excrucians animum ob peccata mundi. 7. [l] Exuperantia gaudij Spiritus Sancti.

[c] Rom.8.23. [d] Colos. 1.23. 1.pet.1.3. [e] Hebr.6.11. [h] Phil.3.7,8. [i] Cant.8.6,7. [k] Mat.6.9. rom.9.3. [l] Rom.14.17. act.9.31. [m] 2.Pet.2.6,7. [n] Rom.6.19. iob.32.1.

6. Sanctitas corporis [m] per quam aptum

aptum est, vt sit instrumentum animi in bono perficiendo.

CAP. *XIX.*

DE RESIPISCENTIA, *& eius fructibus.*

EX SANCTIFICATIONE exoritur resipiscentia: nemo enim prius resipuerit quàm peccatum cœperit odisse.

Resipiscentia est,[a] quando quis conuertit se ad Deum. Hoc autem fit, quando quispiam actus à Spiritu Sancto,[b] statuit, vult, desiderat, conatur, peccata sua relinquere,& vitam novam agere.

Resipiscentiæ fructus est Christiana conversatio, in qua[c] eduntur opera digna ijs qui resipiscunt.

Christiana conversatio est, qua Christum[d] imitantes[e] Deo novam obedientiam

[a] Act.26.20. 1.Ioh.3.3.

[b] Psal.119.112. 57. 1.Ioh.3.3. Act.11.23.

[c] Act.26.20. mat.3.8,20.

[d] Mat.11.29. 1.pet.4.1. & 2.21.

[e] 2.Tim.3.12. 1.pet.3.10.

obedientiam per eum præstamus.

Nouæ obedientiæ duo sunt adminicula, Ieiunium & votum.

[f] Ioel 2. cap. [g] Vers. 1. ad 12. [h] Vers. 15. 16. 1. cor. 7. 5. Dan. 10. 3. [i] Vers. 12. 13. 17. [k] Vers. 14.

[f] Ieiunium est quo [g] sentientes vel defectum alicuius boni vel calamitatem impendentem in se vel alios [h] ab omnibus vitæ adiumentis ad tempus abstinent [i] vt diligentius explorent peccata sua & humillimas deprecationes, [k] ad iram dei auertendam, faciant.

Votum quoq; inseruit ad nos in officijs sanctitatis continendos: eius autem rectè nuncupandi rationem in explicatione 3. mand. posuimus.

[l] Mat. 16. 24.

Nonæ obedientiæ partes sunt, [l] Abnegatio nostri & professio Christi.

Abnegatio nostri est vel Christiana militia vel tollerantia crucis.

CAP.

CAP. XX.

DE CHRISTIANA MILITIA.

CHriſtiana militia eſt de bello Spirituali ritè gerendo.

Eius partes ſunt, Apparatus & conflictus.

Ad apparatum adhibenda[m] eſt Panoplia dei. cuius partes ſunt præcipue ſex: 1. veritas. 2. iuſtitia 3. obedientia euangelica 4. fides. 5. verbum dei. 6. preces aſſiduæ & feruentes[n] cum vigilantia.

[m] Eph. 6. 11. 13.

[n] 1. Pet. 5. 9.

Conflictus eſt actio mutua ſpiritualiter certantium.

[o] Certantes ſnnt, Tentator & miles Chriſtianus. Tentator eſt vel princeps vel ſubsidiarius. Princeps eſt Satanas cum ſuis angelis qui ſpirituales ſunt nequitiæ in cæleſtibus. Subſidiarius eſt Caro & Mundus.

[o] Eph. 6. 12.

Horum actio Tentatio eſt; qua inſtigatur homo ad[p] malum animæ ſaluti noxium.

[p] 2. Pet. 2. 11.

In

Perkins, W.

In milite duo consideranda sunt:
q Antistasis & Lapsus.

q Ephes.6.13.

Antistasis est, qua tentationi resistit r per gratiam intus agentem. Ad hanc firmandam ista inseruiunt prophylactica.

r 1.Ioh.2.14. 1.pet.5.8. ephes.6.16. psal.91.13.

1. Tentatus ad peccatum, non solum abstineto, sed etiam contrarium diligenter facito.

a Ioh.8.44. gen.3.6.

2. Asserenti Satanæ nunquam assentiendum; b siue dicat verum, siue accusetfalsò, siue blandiatur.

b Mar.1.25. mat.8 29. act.16.17. August.Serm. 241.

3. Tentatio * vna expectanda est ex altera, etiam tum maximè quando hostis quasi actis inducijs quiescit. Nam diabolus otium malitiæ suæ nunquam facit.

* 2.Pet.5.8.

c Galat.6.1.

c Lapsus est quo miles ex infirmitate deficit hostium impetu victus.

Huc pertinet Remedium Spirituale, quod ad d καλάρτιον faciendam est aptum. & hîc duo semper cogitanda sunt.

d 2.Cor.8.12.

1. Si adsit promtus animus, quisq; acceptus est pro ea gratia quam habet, non pro ea quam non habet.

2. In ijs omnibus qui volunt piè viuere

uere in Chriſto potentia dei perficienda eſt per infirmitates.

Conflictus eſt triplex. Primus eſt circa vocationem.

Hîc tentatio eſt [g] Diaboli conatus in mente excæcanda, & corde indurando ne verbum Dei ſit ad ſalutem efficax.

g Mat.13.4.5,6, 7,19.

Antiſtaſis in vocandis fit per [h] Spiritum Dei, qui dat aures vt audiant, & verbum cordi inſerit, vt [i] regenerationis fiat immortale ſemen.

h Pſal.40. 6. Ioh.6.44. Act.16.14. Iacob. 1.21. i 1.Pet.1.22. 1.Ioh.3.9.

Antiſtaſis in vocatis eſt quando [k] in corde honeſto [l] ſermonem auditum cum fide miſcent.

k Luc.8.15. l Hebr.4.2.

Hîc prophylactica ſunt. 1. [m] Præmeditatio de vi & vſu verbi. 2. [n] Mẽtis attentio. 3. Cordis [o] eſuries. 4. [p] Innocentia vitæ. 5. [q] Abiectio prauorum affectuum. 6. [r] Cordis internus concentus cum audito verbo. 7. [ſ] Occultatio verbi in corde ne peccemus. 8. [t] Tremor ob Dei præſentiam in conuentu Eccleſiæ.

m Eccleſ.5.1,2. n Act.16.14. o Ioh.7.37. p Pſal.26.6. q Iacob. 1.22. r Act.2.37. ſ Pſal.119.11. t Eſa.66.2. Act.10.33.

Lapſus eſt [u] Tepor in verbo recipiendo & eiuſdem neglectus, vel etiam ad errorem defectio. Horum remedium

u Apoc.3.15.

x Gal.6.1. 1.Tim.1.20. Math.4 3.

medium eſt [x] ſubiectio, fratrum & Miniſtrorum cenſuris faciendа.

Secundus conflictus eſt circa fidem.

Tentatio eſt illuſio iniecta cordi à Diabolo,vt,non es electus, non es iuſtificatus; Fidem non habes, damnandus es ob peccata. Illuſionum quoque iſtarum procatarctica ſunt.

y Pſal.73.12,13. Iob.13.23,24, 25,26. z Iob.19.25. Eſa.53.11. Rom.8.38.

1. [y] Res aduerſæ, vt pericula, damna, perſequutiones, ſcandala triſtiſſima. 2. [z] Recordatio peccati præteriti. 3. Senſus mortis iam adſtantis.

Antiſtaſis fit per veram fidem, Chriſtum eiuſque merita ſingula ſpeciatim applicantem, hoc modo; credo me non damnandum, ſed electum in Chriſto & iuſtificatum eſſe.

a Phil.3.12,14. Ioh.3.14. b Pſa.77.7,8,9. & 22.1. Iſa.44.14.

Prophylacticon eſt, in tentatione non [a] aſpicere fidem ſed obiectum fidei, Chriſtum.

Lapſus eſt [b] dubitatio vel Deſſperatio de Electione & de miſericordia

dia Dei.

Remedium eſt duplex: primum [c] operatio Spiritus Sancti exuſcitantis fidem & augentis.

Alterum eſt ſancta meditatio, quæ multiplex eſt. 1. [d] Mandatum eſſe Dei vt credamus in Chriſtum. 2. [e] Promiſſiones Evangelicas indefinitas eſſe & neminem excludere, niſi quis forte ſeipſum excluſerit. 3. Dubitationes & Deſperationes grauiſſima eſſe peccata. 4. [f] Contra ſpem ſub ſpe credendum cum Abrahamo. 5. [g] Et miſericordiam Dei & [h] efficaciam obedientiæ Chriſti eſſe infinitam. 6. Obedientiam Deo debitam, * affectu magis quam effectu æſtimandam eſſe. 7. [i] Remiſſo peccato vel vno, eſſe omnia remiſſa: quia remiſſio ſemel data abſque vlla præſcriptione temporis in æternum eſt data. 8. [k] Lapſu non tolli gratiam & fidem ſed illuſtrari.

c Phil. 1. 6. Luc. 17. 5.

d 1. Ioh. 3. 23.

e Eſa. 55. 1. mat. 11. 28. ioh. 3. 15.

f Rom. 4. 18.

g Eſa. 54. 10. pſal. 103. 11.

h 1. Ioh. 2. 1, 2. pſal. 130. 7.

* Rom. 8. 5. & 7. 20, 21, 22.

i Rom. 11. 29. Act. 10. 43.

k Rom. 5. 20. 2. Cor. 12. 8.

Tertius

Perkins, W.

Tertius conflictus eſt circa ſanctificationem.

o 1.Chro. 21. 1. Ioh.13. 3. Tentatio eſt [o] ſollicitatio ad peccatum, prout natura cuiuſque & occaſio tulerit.

In hac tentatione Diabolus peccatum admittendum mirè extenuat partim opponendo miſericordiam Dei, partim peccati pœnas occultando.

Deinde præbent ei ſubſidium. 1°. p Gal.5. 17, 19, 20,21. Iacob.1.14. [p] Caro quæ concupiſcit aduerſus Spiritum quâ gignendo prauos motus & affectus, quâ bonos obruendo. 2°. q Eph.3.2. 1.Ioh 2.16. [q] Mundus, qui voluptate, vtilitate, gloria, prauis exemplis ad inobedientiam abducit.

r Gal.5.17,22, 23,24,26. Antiſtaſis fit [r] per concupiſcentiam Spiritus qui bonos motus & affectus gignit, prauos autem diſpellit.

f Gal.5.10. Rom.6.23. t 1.Theſſ.5.22. Iud.23.v. Prophylactica ſunt. 1. [f] Nullum peccatum leue exiſtimare. 2. [t] Occaſiones peccatorum fugere: de his illud, longe, tarde, citò. 3. u Rom.13.4. [u] Paruis peccatis ſubigendis aſſueſcere, vt tandem vincantur vel maxima. 4. Vocationi incumbere, & in ea ſemper aliquid

liquid operosè agere. 5. [a]Carni laſciuienti opponere legem, iudicia dei, vltimum iudicium, præſentiam Dei glorioſam,&c.

[a] Prov. 28. 14.

Lapſus eſt quum quis præoccupatus [b] ad offenſam aliquam deficit. [c]Hîc [d] Satanas peccatum admiſſum mirè exaggerat, & peccatorem adhibitis Dei iudiciis accuſat atque terret.

[b] Gen. 39. 9.
[c] Gal. 6. 1.
[d] Mat. 27. 3. 4. 5.

Remedium eſt [e] Reſipiſcentia renovata: [f] cuius initium eſt dolor ſecundum deum ob idem peccatum; fructus verò [g] ſeptem præcipuè ſunt. 1. Studium bene agendi. 2. Ἀπολογία. i. [h] confeſſio peccati coram Deo cum deprecatione culpæ. 3. Indignatio contra ſe ob offenſam. 4. Timor [i] non tam pœnæ quam offenſionis Dei. 5. Deſiderium plenæ renovationis à peccato. 6. Zelus in Deo diligendo & præceptis eius amplectendis. 7. Vindicta, qua caro domatur ne in poſterum talis offenſa fiat.

[e] 2. Cor. 7. 9.
[f] verſ. 10.
[g] Verſ. 11.
[h] Pſal. 32. 5. 2. ſam. 12. 13.
[i] Pſal. 130. 3.

I. 1. CAP.

CAP. *XXI.*

DE TOLERANTIA *crucis.*

TOlerantia crucis est de cruce ritè perferenda.

[a] Mat.16.24. colos.1.24.

Crux [a] est afflictionum certa mẽsura, cuique fidelium à Deo destinata.

Hæc animo prompto susc ipienda tum est, quum fuerit à Deo imposita.

[b] Colos.1.11. luc.21.9.

Sustinenda quoque est [b] cum patientia & perseuerantia.

[c] Phil.4.13. & 1.29.

[d] Gen.45.4,5. 2.sam.16.10.

[e] Psal. 119.71.

[f] 2.Cor.1.9. esa.26.16. exod.14.10. hos.5.15. psal.78.34.

Patientiæ prophylactica sunt. 1. [d] Corroboratio Spiritus sancti. 2. Sancta meditatio quæ multiplex est. 1. [e] Fideles non affligi casu sed consilio & prouidentia Dei res omnes optima ratione disponentis. 2. [f] Afflictiones, vtcunque acerbæ sint, vtiles tamen

tamen eſſe & bonas. Quia faciunt, vt [g] coram Deo de [h] peccatis humiliati, [i] pacem & [k] ſanctimoniam conſequamur. 3. Promiſiſſe Deum auxilium, mitigationem pœnarum, præſentiam ſuam & liberationem. 4. [l] Chriſtum nobiſcum afflictionum omnium ſocium eſſe. 5. [m] Angelos defenſores adeſſe timentibus Deum.

g Ier. 31.18.
h Hebr. 12. 11.
i Eſa. 28. 19. pſal. 30. 7. 2. cor. 12. 8. iob. 42. 6.
k Phil. 3. 29. 1. cor. 10. 10. 2. ſam. 7. 14. pſal. 50. 15.
l 1. Pet. 4. 3. 2. cor. 4. 10. coloſ. 1. 24.
m Pſa. 34. 7. 2. reg. 6. 16.

CAP. *XXII.*

DE INVOCATIONE DEI.

HActenus de Abnegatione noſtri, ſequitur profeſſio Chriſti: [a] Quę reſpicit vel ipſum Chriſtũ vel Chriſti membra, id eſt, fideles.

a Act. 9. 45. matth. 25. 40.

Profeſſio, quæ in ipſum Chriſtum directè fertur eſt vel perpetua vel in pe-

Perkins, W.

riculis tantùm.

Perpetua, eſt [b] Invocatio Dei [c] quæ ſemper facienda eſt per Mediatorem Chriſtum.

[d] Invocatio Dei eſt, vel Precatio vel gratiarum actio.

Precationis partes ſunt duæ, [e] Petitio & aſſenſus. Petitio eſt qua [f] iuxta verbum Dei imploramus opem eius de neceſſariis quæ deſunt. In ſingulis petitionibus exprimenda ſunt duo: [h] ſenſus indigentiæ noſtræ & [i] deſiderium gratiæ Dei, indigentiam ſupplentis.

Aſſenſus eſt quo Deum & petitiones iam factas opportunè conceſſurũ & [k] credimus, & apud Deum teſtamur.

Fideles vtcunque in precibus [l] ſuas infirmitates oſtendunt: [m] eximium tamen ſenſum percipiunt gratiæ diuinę; preſertim quando feruidè & continenter Deum invocant.

Gratiarum Actio eſt qua [n] cum lætitia & exultatione cordis Dei laudes celebramus pro beneficijs vel acceptis vel promiſſis.

b 1.Cor.1.2. act.9.14.
c Coloſſ.3.17.
d Phil.4.6.
e Mar.11.24.
f 1.Ioh.5.14.
h 1.Sam.1.10. dan.9.4.16. pſal.130.1. iohn.2.7.
i 1.Sam.1.15. Iam.2.19. pſal.143.6.
k 1.Ioh.5.14,15 mat.6.13.
l Iacob.5.16. luc.1.13.8,18. iona.4.2. rom.8.26. gen.19.18.
m Rom.8.16. pſal.6.1,2,3,4. cum 8.9. & 20.5 & 35.9 & 35.18. 28.& 16.7.
n Pſal.45.1. eph.5.18,19,20. pſal.36.9.

CAP.

CAP. *XXIII.*

DE APOLOGIA *& Martyrio.*

PRofeſſio Chriſti in periculis eſt vel oris vel facti.

[o] Oris vt Apologia Chriſtiana. quę eſt [p] quando corã infidelibus in [q] quibus reſipiſcentiæ ſpes eſt, periclitata Dei gloria, quoties opus eſt, veritatem Chriſtianæ religionis, cum timore & manſuetudine præparati confitemur.

[o] Rom.10.10. pſal.22, 23.

[p] 1.Pet.3. 15. act.7.1. &c.

[q] Mat.7.6.

[r] 1.Pet.2.20. act.7.

Profeſſio facti eſt Martyrium, Martyrium eſt quando Chriſtianus pro [r] doctrina fidei, pro [ſ] iuſtitia, pro [t] fratrum ſalute, etiam mortem ab aduerſarijs Chriſti illatam ſuſcipit.

[ſ] Mar.6.27,18.

[t] 1.Ioh.5.16. 2.Cor. 12. 15.

Interim [u] fuga Chriſtianis permittenda eſt, ſi ſpiritu confirmati non ſunt.

[u] Mat.5. 29. & 10.23. ioh.10. 39. act.9. 30. 1.reg.18. 13. act.20. 22.

Perkins, W.

CAP. *XXIIII.*

DE AEDIFICATIone & Eleemosyna inter *fideles.*

PRofessio Christi quæ respicit eius membra, id est, sãctos & fideles, est vel ædificatio vel eleemosyna.

[a] AEdificatio est omne id officium erga fratres, quo vel augentur in Christo vel in eo magis coalescunt. Huc pertinent, [b] sanctum exemplum, [c] exhortatio, [d] consolatio, [e] Admonitio: cuius præstandæ sanctus modus est, [f] si Spiritu comitatis & quasi conscius eiusdem infirmitatis [g] fratrem [h] omnem de culpa [i] certò cognita [k] è verbo Dei [l] statim monueris.

Eleemosyna sanctorum propria est, qua [m] Divites pauperum inopiam, ex abundan-

a Rom. 14. 19.
b Mat. 5. 16. 1. pet. 2. 12.
c Hebr. 3. 13. rom. 1. 12.
d 1. Thes. 4. 18. iam. 5. 16.
e 1. Thes. 5. 14. rom. 15. 14.
f Gal. 6. 1. mat 7. 5. 2. tim. 4. 2. iud 22.
g Mat. 18. 16.
h Hebr. 11. 24.
i Iob. 32. 6, 7, 8.
k Rom. 15. 14. 2. tim. 4. 2.
l *I* ev. 19. 17. luc. 14 7. 12.
m 2. Cor. 8. 3. act. 2. 44, 45.

abundantia ſua, iuxta vires ſuas & etiam ſupra vires, ſubleuant.

CAP. *XXV.*

DE QVARTO GRADV declarationis amoris Dei: & de ſtatu Electorum quando *ſunt mortui.*

QVartus gradus declarationis amoris Dei eſt [a] glorificatio: quæ [b] eſt perfecta Sanctorum transformatio in imaginem filij Dei.

a Rom.8.30.
b Phil.3.21. 1.cor.15.44, 45, 49. pſal.17.15.

Initium glorificationis eſt in morte: abſolutio & complementum fit in vltimo Iudicio.

c 1.Cor.15.18. act.7.60.

Mors Electorum eſt [c] ſomnus in Chriſto, in quo fit ſeperatio corporis & animæ: corporis, [d] vt putreſcendo fiat capax gloriæ: animæ, [e] vt plenè ſan-

d 1.Cor.15.36.
e Apoc.21.27. rom.7.25.

Perkins, W.

ctificata,[f] immediatè post seperationē in cœlum transferatur. [g] Mors ergo fidelibus minus timenda est; vtpote cui stimulus à Christo ablatus est.

f Luc. 23. 42. apoc. 14. 13.
g 1. Cor. 15. 55. hebr. 2. 15.

Animæ in cœlum receptæ,[h] ibidem manent vsque ad vltimum Iudicium, [i] partim laudantes Deum, partim cōsummationem regni gloriæ plenamque fœlicitatem & expectantes & petentes.

h Apoc. 5. 8, 9. & 14. 1, 4. Psal. 149. 1.
i Apoc. 6. 10.

CAP. *XXVI.*

DE STATV ELECTORum in vltimo Iudicio.

VLtimum Iudicium sic erit.

I. [a] Immediate ante aduentū Christi, *cœlorum potestates* concutiētur, sol & luna lucem non edent, stellæ videbuntur è cœlo cadere.

a Mat. 24. 29. 30.

dere. [b] His viſis, electi viui lętabuntur, & reprobi contremiſcent.

II. Tum cœlum [c] conflagrans rotularum ſtridore præteribit, & elementa, cum terra, & operibus quæ ſunt in ea, exuſta peribunt. Eodem tempore [d] quo hæc fiunt, vltima tuba audietur per Archangelum inſonanda, [e] Chriſtuſque adueniet ſubitò in nubibus cum potentia & gloria, & comitatu Angelorum.

III. Iam ad auditam tubam Electi mortui ſuis corporibus reſurgent: & corpora redacta in cinerem & lacerata, virtute Dei reſtituentur, atque animæ è cœlorum ſede in corpora traducentur. [f] Qui viui tum corporis fuerint, in momento mutabuntur, & hæc mutatio erit inſtar mortis. [*] Tũ erit redemptio corporis & omnium electorum corpora fient [g] ſimilia glorioſo corpori Chriſti ideoque erunt ſpiritualia, immortalia, glorioſa, omni impotentia & infirmitate vacua.

IIII. Tum omnibus coactis antè thronum Chriſti, electos ſeperatos à reprobis & in aërem evectos. 1. Theſ. 4.17.

[b] Lu.21.27,27. 2.tim.4.8.
[c] 2.Pet.3.14, 15.
[d] Mat. 24.31. 1.theſ.4.16.
[e] Mat.24.30. 1.theſ.4.17.
[f] 1.Cor.15.52.
[*] 1.Rom.8.25. 1.cor.1.30.
[g] 1.Cor.15,43, 44,45. mat.24 31,33. & 25.32,33.

Perkins, W.

[h] Apoc.20.12. 4.5. ad dextram ſtatuet, ijſque [h] in libro vitæ conſcriptis ſententiam dicet. *Venite benedicti patris mei, & poſſidete regnum paratum vobis à fundamentis mundi.*

CAP. *XXVII.*

De ſtatu Electorum poſt vltimum iudicium.

POST vltimum Iudicium immediatè ſequetur æterna beatitudo in cœlis.

[a] 1.Cor.15.28. Beatitudo eſt, [a] qua Deus ipſe eſt omnia in omnibus *Electis.*

[b] Rom.6.23. 2.tim.4.8. apoc.22.12. [b] Eſtque merces bonorum operum, gratuita quidem propter imputatam electis Chriſti iuſtitiam.

Beatitudinis partes, duæ vita æter-

na & gloria completa.

Vita æterna eſt [c] cõmunio cum deo, qua deus ipſe per Chriſtũ Agnũ, Electis vita eſt. Nã in cœlo non egebunt cibo, potu, sõno, aëre, calore, frigore, reſpiratione, medicina, veſtimentis, luce ſolis & ſtellarum: ſed horum omnium vicem ſupplebit ſpiritus Dei, [d] à quo immediatè viuificati in æternum manebunt.

c Ioh.14.23. 1.ioh.4.15,16. apoc.21.3.23.& 22.2,5.

d 1.Cor 15.45. rom.8.11.

Gloria completa eſt mirabilis Electorum excellentia qua optimè ſe habebunt. Hæc gloria in tribus eſt. 1. [f] Quod faciem Dei, id eſt, gloriam & maieſtatem intuebuntur. 2. [g] Quod erunt Chriſto, ſimillimi, id eſt, iuſti, ſancti, incorruptibiles, glorioſi, honorabiles, clari, pulchri, fortes, potentes, agiles. 3. Quod poſſidebunt [h] hæreditatem regni cœlorum & etiam cœlum atque terram per ignem renouata.

f Apoc.22.4. pſal.17.15.

g 1.Ioh.3.2. phil.3.21.

h 1.Pet. 1.4. mat.25.34. rev.5.10. & 21.7.

Vtriuſque fructus duplex erit, [i] Lætitia ſempeterna & perfectus Dei cultus.

i Pſal.16.11. & 36.8,9.

Cultus Dei partes ſunt [k] laus Dei & Gratiarum actio.

k Apoc. 21. 3. & 5.12.& 11.17.

Modus

Modus præstandi hunc cultum est, [l] Deum colere per Deum. In cœlo non
[l] Apoc.21. 22. erit templum, ceremonia, Sacramentum, sed locum istorum supplebit ipse Deus & Agnus, id est, Christus.

Tempus.[m] sine vlla intermissione
[m] Apoc.7.15. quotidianum est.

Corollarium.

SIC Deus saluando Electos, & iustitiam & misericordiam ostendit: iustitiam, quod peccata Electorum in
Eph. 1.18, 19. & 3.18. persona filij vindicauit; misericordiam, quod ijs peccata propter filij merita remisit.

Hæc autem omnia sic decreuit Deus, & tandem perficiet ad nominis sui
Prou.16.4. gloriam.

CAP.

CAP. *XXIII.*

DE REPROBATIonis decreto.

HActenus de decreto Electionis: ſequitur decretum reprobationis, [a] quo Deus iuſto iudicio certos conſtituit rejicere ad æternam damnationem, ad laudem iuſtitiæ.

[a] 1.Pet.2.8. Iud.4. 1.Theſ.5.9. Rom.9.22.

In exequutione huius decreti conſiderantur fundamentum & gradus.

Fundamentum exequendæ [b] reprobationis, eſt lapſus Adami, per quem Reprobus & peccato & damnationi obnoxius eſt. Hîc notandum eſt, ſic Deum aliquos decreuiſſe damnare, vt omnis damationis & culpa & meritū in ipſis hominibus reſideret.

[b] Rom. 11.32. 1.Pet.2.8.

Porro, quos Deus rejecit ad damnationem, eos odio habet. Hoc odium Dei eſt, quo Deus reprobos in peccatum lapſos, ob id peccatū deteſtatur.

Et

Et hoc odium effectum est lapsus Adami, decreti verò reprobationis, non antecedens est, neque causa, sed tantum consequens.

CAP. *XXVIII.*

De gradibus exequutionis decreti *Reprobationis.*

REprobi sunt vel infantes vel Adulti.

In reprobis infantibus Exequutio decreti sic est. [a] Vbi primùm nati sunt ob primarij & natiui peccati reatum sibi relicti, morientes reprobantur in æternum.

[a] Rom. 9.6. ad 24.

Reprobi adulti sunt duorum generum, vocati (vocatione nimirum inefficaci) et non vocati.

In reprobis qui vocantur, exequutio decreti reprobationis tres habet gradus,

dus, Agnitionem vocationis diuinæ, Relapſum, Damnationem.

Agnitio [b] vocationis Dei, eſt qua Reprobi ad tempus ſubjiciunt ſe vocationi per verbi prædicationem factæ. Eiuſque alij quinque ſunt gradus. [b] Mat.22.13.

[c] Primus eſt Illuminatio, qua inſtruuntur à Spiritu ſancto ad intelligẽtiam & agnitionem verbi. [c] Hebr. 6.4. 2.pet.2.2.

Secundus eſt [d] μεταμέλεια, id eſt, pœnitentia qua Reprobus. 1. Agnoſcit peccatum. 2. Senſu iræ diuinæ ob peccatum compungitur. 3. Dolet ob pœnam peccati. 4. Confitetur peccatum. 5. Deum in puniendo peccato iuſtum fatetur. 6. Salutem deſiderat.* Sub cruce reſipiſcentiam pollicetur, his verbis; *non peccabo amplius.* [d] Mat.27.3. 1.ſam.6.21. hebr.12.17. 1.reg.21.27. num.23.10. math.25.1. * Ier. 2.20. pſal.78.34.

Tertius gradus [e] eſt Fides temporaria, qua Reprobus promiſſionibus in Chriſto factis *confuſè* credit. *Confuſè* dico: quia reprobus certos ſaluandos credit, ſe ſpeciatim ſaluandum non credit, quia generali fide contentus, nunquam ſibi promiſſiones Dei applicat; ne dum concipit, propoſitum, deſide- [e] Iam.2.19. luc.18.13. math.13.20. ioh.2.24.

deſiderium, conatum applicationis, vel etiam luctam vllam cum ſecuritate & diffidentia.

[d] Hebr. 6. 4. Quartus eſt [d] guſtus, & donorum cœleſtium, vt iuſtificationis, ſanctificationis: & virtutum futuri ſæculi. Hic guſtus eſt quidam ſenſus in cordibus reproborum quo percipiunt excellentiam beneficiorum Dei, ijs tamen perinde non fruuntur. Aliud eſt guſtare dapes in convivio, aliud ijſdem veſci & nutriri.

[e] Mar. 6. 20. 1. ſam. 10. 9. act. 8. 13. 2. reg. 30. 16, 30, 31. Quintus, eſt [e] vitæ externa ſanctitas: ſub qua continetur Zelus in profeſſione religionis. reverentia & timor erga *Miniſtros* Dei: vitæ in *Plurimis* emendatio.

Secundus gradus exequutionis decreti reprobationis in adultis vocatis, eſt Relapſus, qui ſic efficitur. [f] Primo Reprobus peccato aliquo decipitur. 2. Cor illius eodem peccato obduratur. 3. Obduratum cor malum & peruerſum euadit. 4. Tum ſequitur eius incredulitas, qua audito & cognito Dei verbo non amplius aſſentitur. 5. Hanc immediatè ſequitur Apoſta-

[f] Heb. 3. 12, 13. 1. tim. 1. 19.

ſia

in Chriſtum.

Apoſtaſia quandoque eſt pec-
n Spiritum Sanctum. [g] Quod
ido quisſciens ex obſtinatione
mias mittit in veritatem diui-
æc cordis obſtinatio oritur ex
tis affectibus, odio, inuidia,
, directè in Deum ipſum &
n. Nomen habet, non quod in
m Spiritus, ſed quia contra do-
iritus, id eſt, illuminationem fi-
niſſibile eſt, ex eo tantum quod
pœnitentiam excludit.

Apoſtaſiam ſequitur pollutio,
ſt ipſa plenitudo iniquitatis, [h]
cationi penitus contraria.

ius gradus eſt Damnatio qua
æterno ſupplicio addicuntur.
ationis exequutio incipit in [i]
perficitur in vltimo Iudicio.

quutio Decreti Reprobationis
elibus non vocatis ſic eſt. [k] Pri-
natura habent Ignorantiam &
em mentis. 2. Poſt eam ſequi-
duratio cordis qua fiunt omnis
s ob peccata, expertes. 3. Dein-
xiſtit reprobus ſenſus, qui eſt quã-

[g] Hebr. 6. 4. & 10. 26. 1. ioh. 5. 14.

[h] Gen. 15. 16.

[i] Luc. 16. 22, 23

[k] Eph. 4. 18. rom. 1. 23, 28. prov. 18. 3.

Perkins, W.

desiderium, conatum applica
vel etiam luctam vllam cum sec
te & diffidentia.

[d] Hebr. 6. 4. Quartus est [d] gustus, & don
cœlestium, vt iustificationis, sar
cationis: & virtutum futuri sæcu
gustus est quidam sensus in cor
reproborum quo percipiunt exc
tiam beneficiorum Dei, ijs tame
inde non fruuntur. Aliud est g
dapes in convivio, aliud ijsdem
& nutriri.

[e] Mar. 6. 20. 1. sam. 10. 9. act. 8. 13. 2. reg. 30. 16, 30, 31. Quintus, est [e] vitæ externa sanc
sub qua continetur Zelus in prof
ne religionis. reverentia & timor
Ministros Dei: vitæ in *Plurim*
mendatio.

Secundus gradus exequution
creti reprobationis in adultis vo
[f] Heb. 3. 12, 13. 1. tim. 1. 19. est Relapsus, qui sic efficitur. [f] P
Reprobus peccato aliquo deci
2. Cor illius eodem peccato c
ratur. 3. Obduratum cor mali
peruersum euadit. 4. Tum sec
eius incredulitas, qua audito & c
to Dei verbo non amplius assenti
5. Hanc immediatè sequitur Apostа

sia

ſia à fide in Chriſtum.

Hæc Apoſtaſia quandoque eſt peccatum in Spiritum Sanctum. [g] Quod eſt, quando quis ſciens ex obſtinatione blaſphemias mittit in veritatem diuinam. Hæc cordis obſtinatio oritur ex inveteratis affectibus, odio, inuidia, malitia, directè in Deum ipſum & Chriſtum. Nomen habet, non quod in perſonam Spiritus, ſed quia contra donum Spiritus, id eſt, illuminationem fiat. Irremiſſibile eſt, ex eo tantum quod fidem & pœnitentiam excludit.

[g] Hebr. 6. 4. & 10. 26. 1. ioh. 5. 14.

Poſt Apoſtaſiam ſequitur pollutio, [h] quæ eſt ipſa plenitudo iniquitatis, ſanctificationi penitus contraria.

[h] Gen. 15. 16.

Tertius gradus eſt Damnatio qua reprobi æterno ſupplicio addicuntur. [i] Damnationis exequutio incipit in morte, perficitur in vltimo Iudicio.

[i] Luc. 16. 22, 23

Exequutio Decreti Reprobationis in Infidelibus non vocatis ſic eſt. [k] Primum à natura habent Ignorantiam & vanitatem mentis. 2. Poſt eam ſequitur obduratio cordis qua fiunt omnis doloris ob peccata, expertes. 3. Deinde exiſtit reprobus ſenſus, qui eſt quã-

[k] Eph. 4. 18. rom. 1. 23, 28. prov. 18. 3.

Perkins, W.

do naturale rationis & iudicij lumen de rebus bonis & malis extinguitur. 4. Vbi cor dedoluit, tum oritur perpetratio impuritatis ἐν πλεονεξίᾳ. 5. His accedit pollutio quæ est plenitudo peccati. 6. Postremo his omnibus tribuitur iusta merces, nimirum horrenda damnatio.

CAP. XXIX.

De statu Reproborum quando sunt mortui.

MOrs reprobi est separatio corporis & animæ: corporis quidem, vt ad tempus in humo intereat: [a] animæ, vt horrorem sentiat in abysso vsque ad tempus vltimi Iudicij: quo tempore horrendissimum in ignem Abyssi projicietur.

[a] 1.Pet.3.19. luc.8.21. mar.1.24. math.25.41. 2.pet.2.4.

2. Reprobi quando moriuntur vel insensati & stupidi fiunt instar lapidũ: vel terribili horrore conscientię & desperatione de salute velut gurgite absorbentur.

1.Sam.25.36. math.27.5.

CAP.

CAP. XXX.

De damnatione Reproborum *in vltimo Iudicio.*

IN[a] vltimo iudicio ad auditam tubã viui horrore percuſſi, in momento mutabuntur: mortui reſurgent ad damnationem. Vtrique erunt corporibus immortalibus quidem, ſed tamen ingloriis: & ad ſiniſtram Chriſti Iudicis ſuper terram ſtãtes, ſententiam damnationis audient: *Abite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius.*

[a] Luc.21.17. ioh.5.29. math.25.41. 1.theſſ.4.15, 16,17.

CAP. XXXI.

De ſtatu Reproborum in inferno.

POST ſententiam damnationis enunciatam, ſequitur mors æterna, cuius hic ſtatus erit.

1. Seperantur Reprobi à præſentia [a] & gloria Dei.

2. Summa confuſione atque acerbiſſima ignominia afficiuntur: quia reuelantur omnia eorum occulta ſcelera & peccata.[b]

3. Societatem habent [c] cum Diabolo & Angelis eius.

[a] 2.Theſ.1.9. math.5.8.

[b] 1.Ioh.2.28.

[c] Math.25.41.

Perkins, W.

19655

[d] Iſa.66.24. 4. Incredibili horrore [d] & ſumma anxietate toti cruciantur ex ſenſu iræ diuinæ in eos effuſæ in æternum. [e] Apoc.21.8. Hinc, pœna damnatorum appellatur [f] Math. 13.42. [e] Ignis inferni, vermis, fletus & [f] ſtridor dentium, tenebræ exteriores, &c.

COROLLARIVM.

ATque ita eſt plena exequutio decreti reprobationis; vnde elucet ſumma Dei iuſtitia in puniendo peccato, ex qua etiam Dei gloria, quam ſibi vt vltimum finem in his omnibus propoſuit. *Eundem ergo tibi finem Chriſtianus proponito.*

[g] Rom.9.14.15, 16,17.

[h] 1.Cor.10.31.

FINIS.

Errata inprimis corrigenda.

Pag.12.a.l.17.pro *altero*, lege *altera*.pag.3.b.l.5.dele, *eorum*. pag.26.b.l.13.lege, *protaſis*.pag.30.b.l.8.lege, *hoc*. pag.31.b.l.20.pro, *riſus* lege, *irriſio*.pag.35.a.l.24.lege.1.*Sam*.20.18. pag.35.b.l.11.lege, *racematione*. pag.34.a.l.18.lege, *inventum*.pag.45.b.l.12.*recitationi*.pag.45.b.l.15. *beneficia*.pag.44.b.l.6.*curioſus*.pag.50.a.l.25.*riſus*.

& ꝑmirabilē dn̄i misc̄diam cum
honore magno suis parentibꝫ resti

Deus omnia condidit propter ſeipſum, etiam impium in diem malum. Pro. 16.4.

Annon habet poteſtatem figulus in lutum, vt ex eadem maſſa faciat, aliud quidem vas in decus, aliud in contumeliam? Rom 9. verſ. 21.

Si quis in Chriſto eſt, *nova creatura* eſt. 1. Cor. 5. 17.



LECTORI S.

Linea maculata indicat ſeriem cauſarum omnium ſalutis à prima ad vltimam.

Linea nigra indicat ſeriem cauſarum omnium damnationis.

A.A.A. Lineæ oſtendunt, quemadmodum Fides apprehendit Chriſtum eiuſque beneficia: eaque ſigillatim credenti applicat ad eius iuſtificationem & ſanctificationem.

B.B.B. Lineæ tranſverſim deſcendentes oſtendunt, vbi remedia petenda ſunt contra ſingulas tentationes, à quibus deſcendunt eædem Lineæ.

C.C.C. Indicant hi tres ampliores meatus communicationem Deitatis à Patre in Filium, & à Patre ac Filio in Spiritum Sanctum.

...es cauſarum
...ili horrore[d] & ſumma
...ruciantur ex ſenſu iræ
... effuſæ in æternum.
...nnatorum appellatur
...rmis, fletus & [f]ſtridor
...æ exteriores, &c.
...LLARIVM.
... plena exequutio de-
...ationis; vnde elucet
...tia in puniendo pec-
...m Dei gloria, quam
...inem in his omnibus
... ergo tibi finem Chri-
...NIS.
...mis corrigenda.
...pro *altero*, lege *alte-*
...e, *eorum*. pag. 26. b.
... pag. 30. b. l. 8. lege,
... pro, *riſus* lege, *ir-*
... lege. 1. *Sam.* 20. 18.
...*racematione*. pag.
...*entum*. pag. 45. b. l.
45. b. l. 15. *benefi-*
...*ciorum*. pag. 50. a. l.

SYNOPSIS SIVE
TABVLA INDICANS
SERIEM CAVSARVM
& ſalutis & damnationis,
iuxta verbum Dei.



O altitudo diuitiarum, tum ſapientiæ tum cognitionis Dei! quàm inſcrutabilia ſunt eius iudicia, & eius viæ imperueſtigabiles? Rom. 11. verſ. 33.

Omnia duco pro STERCORIBVS, *vt Chriſtum lucrifaciam*, Phil. 3. verſ. 8.

Non eſt regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium per Spiritum Sanctum, Rom. 14. 17.

Dictum *Ignatij*.

AMOR MEVS CRVCIFIXVS EST.